




NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
ROMA
8
22 — D
33





MONOMACHIA IESV CHRISTI, ET LVCIFERI, INCRVENTA;

SEV

CONCIONVM XL. DE TENTATIONIBVS CHRISTI IN DESERTO, NOTAE,

Authore V. P. F. PHILIPPO BOSQVIERO CAEsarimontano, Franciscano, S. Th. apud Athenses Lectore.

Editio vltima prioribus tersior, & auctior.

Hebr. 2. *Christus in eo, in quo passus est & ipse, & tentatus: potens est & eis, qui tentantur, auxiliari.*



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud IOANNEM CRITHIVM, SVB SIGNO GALLI.
ANNO M.D.CXI.





REVERENDO ADMODVM PATRI P. HENRICO VVILLOT PP. FRANCISCANOrum almæ Prouinciæ Flandriæ Ministro, & in eadem Rmi. P. Generalis Commissario dignissimo, meo quondam in re Theologica obseruando Præceptori S. P. D.

HAs meas (Reuerende admodum Pater) in victricem Christi Monomachiam in deserto, notas tibi sacro ac dico. Facti causas audi, & cęste, Vt pauca è multis dicarem T. R. P. coegit officium: cupido quædam ardentissima, sed honestæ tamen rei, persuasit. Officium inquam. Videbam hinc, *ad locum, vnde exeunt, flumina* quæque *reuerti*, & reflexu suo, quoddam fluxûs sui pendere tributum, ac præstare rependium: Inde vero intuebar, siquid in me est sacræ Theologiæ (quod sentio quam sit exiguum) à te totum id esse. Quadriennium enim totum, è pulpito Academiaque nostra Namurcensi & Scolasticen docens: & è sacro suggestu, sæpe & diserta dicēs, & fortia tonans, ex Harmoniæ tuæ Euangelicæ officinâ, in me, quæ capere potui, transfudi-

Cur quādā Præceptori dicat Autor.

I. *Officio.*

Eccle. 1.

*2 sti;

sti. Officij ergo mei, aliquid tibi è studijs meis dedicare, vt in fontem meum refluam, & acceptum partim rependam, hac eius, per quem profeci, officiosâ grataque confessione. Quidni dicem mea discipulus Magistro? Nam & Plato, & alij, hoc animo, ex nominibus Præceptorum, sæpè libellos dixêre. Dicere illis licuerit, mihi verò nec dicare? Et libet, & licere, ac decere liquet.

Plato gratus discipulus.

II. *Cupidine.*

Cupido etiam quædam ardentissima, vt id facerem, persuasit. Cupio enim vehementer, vt tibi studiose ostentata hæc à me mea, in êdendis nugis istis nugacissimis meis, audacia, ac tibi visa, ruborem tuæ verecundiæ faciat, quæ te non sinit alio, quã testudineo gradu, ad êditionem seriorum, quæ reliqua sunt tibi, progredi. Quãtam (putas) orexim nobis mellitissimæ tuæ Ogdoades exciuêre? Produc & reliqua. Nostra legens (si tamen ea dignaberis hoc honore) non facies tu quidem sensum tuum, aut orationem pleniorem, sed corriges (opinor) tuam istam, in edendis tuis (pace tuâ dicam) verecundam cunctationem. Audiet (inquies, spero, his visis) Discipulus atque Auditor quondam meus, nugis istis, aut (si mauelis) leuibus Notis tam properè lucem dare: & Magister seria sua, iustasque commentationes perpe-

tuis

tuis tenebris multat, ac damnat ad blattas, ac tineas? Non ità. *In quo is audet audeo & ego.* Vt hæc, de te, apud te dicas, & ſic tute generoſe vrgeas, & maiora auſis, auſa hæc mea tibi oſtento, eadem tibi dicans ac ſacrans. *2. Cor. 11.*

Vt vero has, in incruentam victricemque Monomachiam Christi notas, è multis meis ſelectas, dicarem vni tibi, pepulit decorum duplex, traxit quoddam tuum præluſtre meritum, in has ipſas Notas. Decori eſt, armis Achillis, Aiaces, & milites donare, non fæminas, aut ſemiuiros: Herculem decet claua, non colus: Remum dat decorum Nauitæ: ramum oui: armum ouillum eſurienti. Et, Euangelii amantiſſimum te, decent Euangelicæ iſtæ Notæ. Totus enim in Euangelij lectione, meditatione, ac commentatione verſaris: Euangelium ita amas, vt pene aliud legas, dicas, ſcribas, ac ſpires nihil; quod è quatuor vnum feciſti, cui & iuſtis doctiſq; cõmẽtarijs lucem dediſti, vtinam etiam des, vt lucem publicam illa citò videant? Vide obſecro, nobis, ne Poſtumos multos relinquas.

Cur potiſſimum hæ notæ Præceptori ab Autore dicatæ

Decoro duplici. I.

Quod Euãgelii amãtiſſimus Præceptor.

II.

Et edepol, cui dicaſſem decẽtius Christi in deſerto pugnas victrices à me adnotatas, quàm tibi, homini tui victori, ſolitudinis ac cellæ librariæ amantiſsimo? Cui

deserti laudes placituræ magis quam tibi Osori vrbium, *cui oppidum carcer, solitudo paradisus*? Aut quis breuitati huic meæ blandius arridebit quã Lacon ipsissimus qui vna nuce Iliadem sæpe claudit; Et cui has Notas verborũ tam auaras ac fere mutas, etsi rerum prodigas, aptius cõsecraro, quam viro (cum libet) verborum lectissimorũ copiosissimo, è paruisque fontibus flumina magna deducenti; Aut, cum in publicum has spargi, largitione liberaliter velim, per cuius fideliores (vt ita dicam) manus, primum hoc bonũ meum (si tamen à me aut in me quidquam boni) in publicũ trãstulero, quã per illius, cuius ipsum me fidei soleo credere, & debeo! Namquod in cõmune, à me natũ datũque est, si fidei tuæ credo, reddes auctius, Romanâ ac tuâ fide Si vis, potes. Vt velis, blandi amores, paternus tuus in me, ac filij in te meus, autores erunt. Vt possis, apud te, intra te est. Hæc me decora, dicare hæc tibi, compulerunt. Nunc à merito tuo, motricem caussam accipe.

Quod natura huic argumento conuenientis D. Hierony. ep. ad rusticũ Monachũ.

III. Merito. *Quod corrigendarũ Notarum autor.*

Cum iussu tuo, inopinatoq; imperio, Audomaropolim Artesiorum hoc anno 1598. venissem, conciones ibi, toto Quadragesimæ curriculo, ex more habiturus; ego materiei omnis alius egenus; Notas istas olim properatas, mihi magis, quã præ-

paratas

paratas occasione īperij tui, arripui, ad incudē reuocaui, malę tornatas malleo reddidi, hiatus impleui, feci pleniores ac diuitiores, &, si ex his, è sugestu, bene omnino non dixi, certe non plane mutui. Faxit bonus Iesus, amor meus, victor his notulis indicatus potius quam dictus, multæ vt animæ Christianorum istis inescatæ ad viiam æternam capiantur: Certe ibi, in Episcopali illa vrbe pronūciatis à me istis rudibus Notis, multus fauor ac honor impensus, Dei hoc bonitate, nō merito meo, procurante. Fauor; quod audiendis his affluxêre viri multi, ac magni. Nam præter PP. Ordinis mei (qui quotidie ferę ibi omnes) præter sanctum Vrbis Senatū, populiq; turbā sine turba; Abbates etiam pleriq; profugi cum grege suo, & Sacerdotes iniuria bellorum extorres, & è Patribus Societatis Iesu (quæ eorum fuit humanitas) quotidie aliqui, ex vtroq; suo collegio, ventitabāt coronabantq;. Honor vero ab omnium alto silentio, plausu, ac honorarijs liberalibus, quæ ingrata non habeo, aut irrita. Et isthæc omnia à te, mihi, ac Notis meis, qui Theologicis pectus hoc meum imbuisti, domi forisque docens ac dicens: qui me indignū in tam solenne theatrum ac pulpitum extulisti, meque sic Bibliothecam omnem *nocturna versare manu, versare diurnâ,* libris

Votum Autoris.

Horat. in arte.

libris incubare, ſudare, & algere, vt Spartã meam ornarem, illâ blandâ vi, coëgiſti.

Virg. 1. Æneid.

Tu mihi quodcunqu hoc regni eſt, tu ſceptra Iouemque,
Concilias, tu das epulis accumbere Diuũ.

Ergo has Notas, iuſſi tui occaſione, purgatiores, locupletiores, fauoremplauſumque meritas, tibi vni ſacrari, ius faſq; eſt.

Accipe igitur (R. de Pater) has Diſcipuli tui in pugnam Chriſti victricem, Notas, mei in te, tibi debiti candoris apud te Notas: Apud alios, profuſæ meæ in Euangelicos Oratores omnes liberalitatis, qua tam maturè priuos labores meos, cõmunes facio, & omnibus do vtendos: quaq; noctibus meis Athicis, vtinam & Atticis, lucem publicam Permitto, etiã certas Notas. Si quid vero Magiſter, in Diſcipuli tui Notis iſtis, cenſoriâ notâ dignum videbis, ſeuere & Catonẽ agens, nota; deinde (blãdè tamen, & in aurem inſuſurrans) lapſatũ, lapsûs admone. Vale (R. mi Pater) & laborantes, Deorum inſtar, adiuua. Datum Audomaropoli, in Conuentu Profeſſionis meæ 1598. Aug. 7. Feriis D. Donato ſacris.

Athum ciuitas Hãnonia aliter Æſiui.

F. Philippus Boſquier Minorum Minimus.

AVTOR

AVTOR CANDIDO LECTORI S.

CRuentam Christi Iesu, à cruce prope Hierusalem, Victoriam (candide lector) illustrauere ex professo multi: incruentā vero, a ieiunio in deserto Domini, prope Hierico, pauci aut nulli. Itaq; ab annis fere hinc septē aut octo, id conatus ego, Notas multas congessi, & hoc anno, Audomaropoli Artesiorum conciones, tota Quadragesima, habui ex iisdem: quas vt sensi, fauorē plausumq; populi quotidie me coronantis, adeptas, mihi ipse (quālibet in talibus incredulo) occapi fidē facere, non inutiles omnino eas fore, si prodirent. Atq; id fore, hoc libentius credidi, quod vidissem à multis, è meo dicentis ore carptim Notas hasce collegi. Ergo & iis qui audierant è suggestu, videndas illas ac legendas dare (ne dicta tantū mox euanescerent) & iis, qui (vt assolet) truncatim collegerant, & populis cuiuslibet cœli ac soli, facere, integra fide, communes, ratum mihi ac fixum, hac methodo, hoc stylo.

Fere concionem quālibet tripartitam, raro bipartitam facio: quæ pendent è partibus membra illustriora, titulis grandiusculi characteris noto, & qua possum memoriā lecturi iuuo, qua ordine, qua titulis, qua tabellis, qua asteriscis, qua breuitate non obscura. I. Quis hic Ordo.

Stylus hic meus quidē, quia à me Autore, at nō meus quia ego huius insolens. Nā meus ille & vsitatus, natura plane alius, fusior, grandior, ac paulo metaphoris audacior: iste incultus, inaffectatus, quāuis (vt opinor) minime sordidus, a Lipsiano valde sed sponte procul, imitandi desperatione, nō contemptu. Nam quis ego, vt Lipsium meum insequar, nedum adsequar, aut ego quis, vt id coner? Mihi, medius fidius, Lipsium illum seculi nostri Phœnicem, ac vetusto Pindaro magè inimitabilem, egregie mirari ac suspicere est satis, ausint aut Dædali, aut Icari alii, consectari. II. Quis Stylus. Lipsij mei laus.

)(5 Præ-

III. Cur circumcisus. Autoris hîc scopus. *Praeterea hunc qualemcunq; stylum arcto & cogo saepe etiam trunco, ac circūcido, vbi similitudines vulgatae, vbi scriptura etiā tōsorib. nota, aut sententiae quad.i tritae satis ĩcursāt. Multa per (&c.) plus satis notae rei not.ī claudo. Elocutionē atq; Actionē Orationis Dominas, naturae cuiusq; artiq; relinquo Notare enim tantū, ac velut summo indice, res prodere volui, magis quā dicere: ideo. Libello huic nomen,* Notae. *Cõceptus, ac sensa mentis meae, vna vocula, in Lectoris pectus transfudisse, mihi nunc satis: diximus è suggestu pro viribus, & scribere copiosius, ac multo eloquentius mihi alias forte libebit ac licebit, si cui vero praecurrere libet: per me, ius fasq; est. Oratori certe ego hic aut natura, aut arte iam facundo, & vsu iam facto, non chaos molemq; concionum indigestam ac rudem, sed res inuentas, dispositasq; ad conciones, do.*

IV. Breuitatis causae. A Lectore quaedam, 1. 2. 3. 4. *Huius autē simplicis breuitatis, ordinisq; multae mihi causae. Causa à Lectore; causae à meipso. A Lectore: vt quiuis è grege concionator, vulgariter scripta intellegat: quiuis egregius, breuitate adlectus legat: omnes & gregarii & egregii, vno prope momento legant, & colligant, quod integra discant hora si iam natura exercitioq; sunt facundi. A Lectore: quod videam, cōncionatores fere omnes iam delectari solidis, articulatis Authorib. ac breuibus: solidos illos quidem, sed nimium expansos, canoros, ac phaleratos auersari quod lacerantes diem multa lectione, quod insequuntur in iis, vix assequantur aut capiant, venantes reticulo,*
5. *in medio mari: aut, si qua praeda illis ex illis, parua praeda est, cum magno malo. A Lectore: vt memoriam eius cepto ordine, clara breuitate confirmarem. Turbatur illa inordinatis, nimiis eadem*

Horat. in arte *obruitur.* Quicquid praecipies esto breuis, *ait ille: tantum, ne dum* breuis esse laboras, Obscurus fias.

Ab Authore quaedam. *Causae vero à meipso istae. Primum, ne ambitiosa eloquentia in Typographos mihi grandiret*

sumptus

sumptus. Pro opum mensura, struenda moles operum: & viribus, onera & opera metienda. Unde gentium mihi sumptus, operi eloquenti & expanso? Mecanates nulli nunc mihi, importunæ mortis inuidia, meos mihi suffurantis. I.

Deinde: ne, dum ornatum hic ambio, ipse mihi suffurarer importune horas, cœpta Academia mea perficiunda, opportunas. II.

Denique: ne dum comendo, ac pectendo morer, aliquis è notariis istis & collectoribus, nostra plagiarius ederet pro suis, aut aliis quislibet, sua edens, nostris præcluderet viam. Certe, hoc ingeniorum, Scriptorumq; ferax (ne luxuriosum dicam) sæculum alios aliis suspectos Scriptores facit, ne, dum quisque sua fercula, seu præcoces fructus, primus conatur offerre, plenis iam ac saturis, aliorum serius allata fastidiantur. Difficile, bene saturis, etiam Ambrosia, aut Nectare, orexim prouoces, Et gregalia quoque poma etiam post paucos dies itura in fastidium, delectant, si prouenere maturius, *inquit ille Christiano Stoicus. Profecto & mihi iam vnus aliquis, è Scriptorum cœtu, istud ipsum me conari vel factus certior, vel suspicatus, vernaculo prouerbio mihi susurrans, subdixerat (* tardius me illuc aduentasse *, id est (vt tunc interpretabar) me rem actam velle agere: forte, vt gradum meum sisteret, ac deinde fractius iam à verbo hoc, concursurum me ipse præuerteret. At fecit ille, vt lente ego tunc incedens, cucurrerim postea expeditius: & quod iam octennio incubans, vrsino more parturiebam, parerem cito ante diem, timore immaturum, ac fere abortiuum, fœtum excutiente, vt assolet.* III. IV. Scriptores nunc Scriptoribus suspecti. Seneca lib. 1. de benef. c. 12.

Adde, quod aliquando daturus, cito dandum opinabar, vt bis darem, In beneficiis enim multum celeritas fecit, multum abstulit mora. *His sic properatis vtere bene Lector, excole & bene vale.* V. Seneca lib. 2. de benef. c. 6.

APPRO-

APPROBATIONES.

Conciones istæ quadraginta de Christi Domini tentationibus piæ admodum sunt, Catholicæ & eleganti methodo concinnatæ, quod attestor ego mea manu.

Ricardus Hallus sacræ Theol. Doctor, Canonicus & Censor librorum Audomarensis.

In his R. P. F. PHILIPPI BOSQUIER Minoritæ Audomaropolitani sacris notationibus de victrice Monomachia Christi cum Lucifero in deserto, notâ censoria dignum annotaui nihil: cum & Christiano lepôre sint condîtæ, & moralibus refertæ sententiis: quibus instructus Ecclesiastes pugilem quemque Catholicum, ad certamen cum eodem hoste strenue ineundum, ac de eo gloriosè triũphandum, fortiter præmunire poterit. Atreb 12. Sept. 1598.

Guill. Gazeus Ariensis, Parochiæ S. Mariæ Magdalenæ apud Atrebates Pastor, librorumque Censor.

Quæcunque in hac 2. editione huic operi accesserunt diligenter perlegi, nihilque est in ijs Catholicæ fidei, aut moribus repugnans. In reliquis iudicio Domini Halli & Gazæi subscribo. Quare liber hic ad instructionem morum denuo excudi poterit. Actum Duaci, 7. Decemb. 1605.

Georgius Coluenerius S. Theol. Licent. & Professor, & librorum in Academia Duacena Visitator.

IN

IN
REVERENDI PATRIS
F. PHILIPPI BOSQVAERII MON-
tensis Franciscani Sacras
Orationes,

Scazon Philippi Meyeri Atreb.

Oppugnat humanum genus donis multis,
Ab Orbe condito, vaferrimus Dæmon.
Pernoxque perdiusque per locos omnes
Prædo excubat, cœcumque rete componit
Mortalibus. Plerosque fallit insanis
Honoribus; plerosque perdit obscœnis
Amoribus; Multos inescat argenti
Cupiditate: Plurimos malo luxu
Et crapula, demergit in Stygis fluctus.
At interim quibus modis hic Impostor
Possit refutari, satis docet Christus,
Quando dolis eius petitus incassum
Jn vasta Eremo, in Montis ardui, & Templi
Fastigio, prænobilem reportauit
Victor triumphum, quem *Philippus hic Hanno*
Bosquarius, sui Ordinis decus magnum,
Lectoribus recenset ore facundo.
Ornatius quidem loqui Viro Docto
Procliue erat: sed maluit characterem
Tersum, politum, literis sacris aptum.
Latiæ peritiam sat exserit linguæ,
Præfationem per suam: Breuis quanquam
Sit illa, prorsus nititur tamen magni
Vestigium feliciter sequi Lipsî.

ΦΛΩΡΕΝ-

ΦΛΩΡΕΝΤΙΟΥ ΤΙΛΛΟΙΟΥ ΤΩΝ διονυσιανῶν Αὐδομαροπολιτῶν παρόχου εἰς τὴν τοῦ σεβασμίου Φιλίππου Βοσκιέρου κατὰ τοῦ διαβόλου ἀντιμαχίαν.

Θυμὸς ἄναξ πάντη, νοῦς τῶν τε σεβάσμιος ἀνδρῶν
Προεστόντων βασιλεῖ ἤδεα πάντα θεῷ:
Τοὺς διδιδάσκοντας τὰ διδάγματα θεῖα βροτοῖσιν
Ποιμένας εὐβόσκους, ἐσθλὰ μὲν ἆθλα μένει
Πάνθ' ἱερῶς βόσκων ὁ φερώνυμος αὐτὰ Φίλιππος
Ἀρτίζει τὰ βροτοῖς ὅπλα φέρων στέρεα.
Ὅπλα θεοῦ ὅπως ζήτει χριστώνυμος, εἰ μὲν
Νικᾶν ἄσπονδον τις πόθος ἀντίμαχον.
Δεῦρο μαχησόμενος, πρὸς δαίμονας ὅπλα χορηγεῖ
Βόσκος ὁ θεῖος ἰδοὺ, δύσμαχα παντοδαπᾶς.
Οὗτος ὑπερβάλλει προγόνους, ἀτὰρ ἄξιός ἐστιν
Τὸ κλέος καὶ λαμπρὸν, μέχρι πρὸς ἄστρα πλάοι.

AD LECTOREM.

Fige pedem Lector, nostri pars vna theatri,
Cerne duellantes hinc tibi, & inde Duces.
Hinc agitur Christus cœlestis flaminis aura
Et pugnæ campum tesqua nemusq; petit.
Inde Satan silices, primis congressibus, offert:
(Duritia silices quis neget esse notas?)
Vna voce, Deus lapidosa hæc tela retundit,
Ore, velut funda, biblica scripta rotans.
Acrior insurgit contusis viribus hostis,
Gloriolaq; leuis vincere tentat ope.

Excipit

Excipit infracto iam Victor robore Christus,
Inq; suum Autorem tela retorquet ouans.
Muneribus tandem tentat veterator: abactusq;
Abiecta tandem casside terga dedit.
Gaudeo Victorem trino certamine Christum
Cognati viua voce, manuq; cani.
Gaudeo Victori toties in montibus, vnum
Montanum, pugnæ bina trophæa dare.

D. Simon Bosquier Benedictinus Maricolensis.

AD AVTHOREM.

Fluuius Audomar.

QVos tu per Morinos docuisti, voce diserta
Applausu magno populi, quem lucidus Aa
Irrigat (ô vigilans præco Victoris IESV)
Hos etiam, tinctos melle Arpinate, labores
Edito, & è prælo totum disperge per orbem,
Calliopemque tuam nôrint Occasus & Ortus.
Perge, placet Superis, placet & Mortalibus ægris,
Mens tua, voxque pio de pectore fusa (Philippe
Bosquieridûm splendor) lõgo memoraberis æuo,
Appositusque polo, remanebis in orbe superstes.

F. Robertus de Gheuzere Minorita Audomarensis.

IN ANAGRAMMA AVTHORIS,

HIS QVIPPE PLVS ORBI.

Magna hæc; (si fata sinant) HIS QVIPPE Philippus
Bosquier PLVS ORBI sponte daturus, habet.

ALIVD

ALIVD.

*Roma Oratores sileas: H*IS QVIPPE *Philippus Bosquier*, PLVS ORBI, *Scriptor & Actor, agit.*

IN EIVSDEM NOTAS.

Ter tentatus adest Christus, ter ab hoste triũphat.
Vt ter vicisset, spicula trina tulit.
Qui Monachum, & Genium, & Regem tentator agebat,
Vt ter vincatur, spicula trina iacit.
Spem Deus, atq; Fidẽ nobis, & Pneumatis ignem,
Vt ter vincamus, spicula trina dedit.

M. G. de Gheuzere Audomarensis.

NOTÆ



NOTÆ CONCIONIS PRIMÆ DE TENTATIONIBVS CHRISTI.



VETIS scire (Auditores Catholici) quod tandem nuntium allaturus sim vobis, aut quid totâ hâc Quadrag. simâ tractaturus.

Velim, post tot ciuilia & peregrina bella, de pace dicere.

Quàm pulcri sunt pedes Euangelizantium pacem!

Genes. Gauisus est Noë vehementer, afferente sibi columbâ in arcam, ramum oliuæ paciferæ.

Quàm tum vobis vt columba! &c.

Quàm possum dicere cum Angelis!

Luc. *Gloria in Altißimis Deo; & in terra, Pax hominibus bonæ voluntatis.*

Ibid. *Euangelizo vobis gaudium magnum! &c.* Quàm candidis chirothecis donaret (vt est in prou. gall.)

Sed quid opportunius hoc bellicoso tempore tractem, quàm arma, prælia, duella, quàm Euangelium (vt sic dicam) armatum, & Christum debellantem Diabolum, eumq; ter in deserto, in pinnaculo, in monte, fundentem ac sternentem? Bella enim corporalia, quæ patimur tot annos, cum tot Gentibus, administrabunt simllitudines, vnde melius bella Domini Iesu intelligimus.

Non veni pacem mittere, sed gladium.

Ignem veni mittere in terras.

Dicam enim totâ hac Quadrag. de Christi duello cum

Diabolo in deserto, & de nostris interim multa opportune, Deo dante, permiscebo.

Quid enim ego aptius Quadragesimali ieiunio dicam aut tractem, quam Euangelium ieiunii Christi?

Quid vos aptius eo tempore, quo fortius cum vitiis pugnandum, & quo acriores Dæmonum insidias patimur, quam pugnam Christi, & insidias inimici Dæmonarchæ audiatis.

Et est sanè hoc Euangelium fertile.

1. Hic enim videbitur Mundum vinci deserto: Carnem ieiunio; Dæmonem responsis è Scriptura. Quadrag. ieiunium, rem esse antiquam, & sacram.

2. Quomodo ieiunandum.

3. Quam graue bellum ieiunantibus & probis expectandum.

4. Astus Dæmonis quam varii:

5. Quam is indefessus:

6. Quibus maxime vmbonibus repellatur.

7. Qui spectatores pugnæ:

8. Quis triumphus sequatur victorem.

9. Quæ Dæmonis ipsius de transsubstantiatione sit fides, & mille alia.

Adeste ergo animis.

Et certe æquum, vel semel annuè repetere animo hanc Christi victoriam.

Nam si Delphis celebrabatur solemnitas quædam nouennalis, quæ Græcis Σεπτήριον dicebatur in memoriam eius pugnæ, quam Apollo aduersus Pythonem gessit, quem ad Tempe usque persecutus fuerat: Quidni Christi pugna, qua tumidum inferni serpentem vicit, à nobis annuè celebretur?

Ex *Ælian. var. histor. lib. 5. cap 20.* Si Tarentini ab obsidione liberati, & memores calamitatis suæ, & liberatoribus grati, festum, quod ieiunium adpellabant, instituêre, quod cum ipsi à Romanis obsiderentur, Rhegini decreto decimo quoque die ieiunio, victum illis, ne se dederent, concessissent: cur non & nos Christiani, linguis saltem animisque repeta-

petamus inedias pro nobis à Christo susceptas?

Ego sane mihi hoc indico, quadragesimæ huius tempore, faciendum, & vobis indico, aliud nihil me esse quam hoc facturum.

Sed hodie dicamus primùm
- 1. *Vitam hominis esse militiam,*
- 2. *Qui hostes præcipui,*
- 3. *De qualitate hostis qui in Christum, & in nos irruit.*

AVE MARIA.

Ad Lectorem. Profuerit legere librum Lud. Fidelis Neruii de militia spirituali, Erasmi Enchiridion militis Christiani, Gul. Pepinum ser 1. in Ep. Dominicæ 21. post Trinitatem.

I.

¶ *Vitam hominis esse militiam.*

Senec. Ep 51. *Nobis militandum est, & quidem genere militiæ, quo nunquam quies, nunquam otium datur. Debellandæ sunt inprimis voluptates, quæ, ut vides, sæua quoque ad se ingenia rapuerunt. Si quis sibi proposuerit, quantum operis aggressus sit, sciet nihil delicate, nihil molliter esse faciendum.*

Job veteranus ille miles & toties victor, cap 7. *Militia est* (al. tentatio) *vita hominis super terram*: Græcè, πειρατήριον, quasi dicas tentatorium, seu receptaculum eorum, quæ tentant.

D. Greg. *Quid tentationis nomine, nisi pugna contra malignos spiritus exprimitur?*

D. Chrysost homil 3 ad Antioch. Comparat Christianum luctatori & militi.

Cypr ser 4 de mortalitate ait pugnam quotidianam.

D. Bernard. ser. 5. in Qui habitat. *Præmonitos vos esse volo, neminem super terram absque tentatione victurum. Et cui forte tollitur aliqua, alteram securus aut pauidus magis expectet.*

Ideo Christianos vngit Ecclesia mater, vt luctatores olim. Et Christianus à Christo, id est, vncto dictus.

Filii Israël in deserto quotidianas ferè pugnas habuerunt: In terra etiam promissionis, nunquam sine hoste aliquo.

Ideo Ecclesia hæc dicitur militans, altera triumphans.

Et benè Iob: *Vita super terram militia est* (ait) nam vita in cœlo, pacatissima est.

Hic *non est qui se abscondat à calore eius* belli.

Maria virgo etiam bellis tentationum, agitata est; ideo enim dictum: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem semen tuum, & semen illius, &c.* Gen. 3.

Ideo dicta *terribilis vt castrorum acies ordinata*, Cant.

Si nemo coronatur, nisi qui legitime certauerit; & dicitur Virgini in Canticis *Veni coronaberis*, & in Apoc. dicitur habere coronam stellarum 12. ergo & in hoc bello Maria legitimè decertauit.

Tentationes tamen carnis nunquam passa, sed mundi, sed Dæmonis, quales fuerunt, sublimis illa ab Angelo salutatio, partus in vili stabulo, fuga in Ægyptum, filii ante oculos ipsius crucifixio, &c.

Quid? ne Christus ipse quidem huius belli exsors fuit, quinimò *tentatus per omnia*.

Ergò *si in viridi ligno, in arido quid fiet?*

II.

¶ *Quot, & qui hostes hominis.*

Tale verò est hoc bellum, vt corporalia & cætera alia bella, velut ficta, & in tabulis picta videri possint huic comparata; in quibus velut ficti ictus, picta vulnera, & pictus fictusq; sanguis spargitur, picta præda perditur, capiturq;: cùm in isto omnia vera, & magna, & cœlum victis adimatur, Infernus decernatur.

Differt bellum hoc ab aliis.
1. *Campo certaminis,*
2 *Numero hostium.*
3. *Antagonistis,*
4 *Armis,*
5 *Vulneribus,*
6 *Causa.*
7. *Tempore.*

* 1. Cam-

* 1. *Campo certaminis*. Nam alibi certius pugnæ decretus locus, extra quem tuta ab hoste omnia; hic vero bella domi video, bella timenda foris, in templo, & vel in arâ. Vbiq; *circuit* leo ille *quærens quem deuoret*.

Aquila ne in sinu quidem Iouis ab hoc tuta scarabæo.

Quis non in vastâ eremo tutum se putet? at hic tentati Antonii, & ante illos Christus ipse. Eua tentata vel in paradiso, & victa.

D. August. in sermonib. communib. ser. 4. *Posuit aduersarius noster in cœlo bellum in paradiso fraudem, &c.* require sub finem huius concionis.

* 2. *Numero hostium*.

Hostes habemus:
1. Intra nos,
2. Supra nos,
3. A fronte,
4. A tergo,
5. A dextris,
6. A sinistris.

Hostes suos habet vis hominis:
Concupiscibilis,
Irascibilis,
Rationalis.

Circumseptus est homo hostibus, Exundans mare illi à fronte, Leo rugiens, & fame rabidus astat à latere, & serpentem sibilantem, imo Draconem in sinu gerit,

Angustiæ mihi sunt vndiq;.

Tres tamen hostes præcipui:
1. *Mundus*, per modum concupiscibilis,
2 *Caro*, per modum delectabilis,
3 *Dæmon*, per modum Iustitiæ & irascibilis. (Omni enim irascenti ira sua apparet iusta:) Et per modum rationalis. (Nam apparens quædam ratio ad peccandum semper à Dæmonibus offertur.)

Gregorius sic de his tribus: *Tres hostes in hoc mundo nos infestant; Mundus tanquam Sirena dulcis, nauigantes submergit; Caro tanquam Dalida blandiens Samsonem alligat; Diabolus tanquam Leo rugiens viatorem interimit.*

Caro luxuriam, Mundus auaritiam, Diabolus ingerit superbiam.

Imperator, & aciei contra nos Dux Dæmon, Caro & Mundus coniurati atque auxiliarii.

Diabolus tentat, Caro stimulat, Mundus fallit.

Vti solent iurati hostes auxilia adsciscere, quædam aperto Marte iunctisque signis secum pugnatura, quædam dolis ac proditionibus, quæ intus velut in visceribus vrbium clausa, amicitiæ ac præsidii specie, hostem perdunt, ita Dæmon capitalis noster hostis adsumit pares, aut fortè nequiores se, Mundum apertum hostem vicinum nostrum malignum, & Carnem hostem ac serpentem domesticum.

1. *Mundus.*

Mundum voco, non tam mundi machinam, quam amatores mundi, quam infideles ac tyrannos, vt Nerones, Decios, Turcas, &c. quam Hæreticos, vt Arios, Lutheros, Caluinos, &c parentes.

Jacob. 4. *Amicitia huius mundi inimica est Dei, quicunque ergo voluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur.*

1. Johan. 2. *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.*

Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo.

Nolite mirari, si odit vos mundus, scitote quia priorem me odio habuit, ait Christus.

Prou. *Quem quisque odit, perisse expetit*

Si morum similitudo conciliat amicitiam, ergo dissimilitudo conciliat odium. Sed Christi servus, & servus mundi dissimillimi: Ergo & inimicissimi.

Mundus, uti Briareus quidam qui centimanus à Poëtis fingitur, centum quasi manibus nos impugnat.

Prosperis cuniculatur, vt extollat: vt honoribus, diuitiis, voluptatibus, amicorum turba, laudibus, &c.

Aduersis muros quatit, vt deiiciat: irrisionibus, calumniis, persecutionibus, fraudibus, odiis, immeritis, &c.

Promissis, vt proditores arcis efficiat. *Hæc omnia tibi dabo, si, &c.*

Minis,

Minis, vt segnes atque imbelles reddat.

Pharao Israelitas vetat sacrificare? Et Mundus nos bene operari &c Et Turcæ nos Christianos esse.

Genes. 31. Laban retinere voluit Jacob? & filios Parentes à bono reuocant.

3. *Reg* Jesabel lupa crudelis. Circe venefica Eliam persequitur? & Tyranni ad impatientiam Elias magnos adigunt non infrequenter.

Iohan. 7. Pharisæi turbas decipiunt? & Hæretici plebeculam.

Genes. Pastores discordias serunt inter Abrahamum & Loth? & maledici inter probos Christianos.

Male viuentes, bonos scandalis suis fere impellunt ad ruinam.

Mundus centimanus, centimanus.

Tentat pulcritudine rerum creatarum, formis mulierum, auri, argenti, &c.

Sap 14. *Omnes creaturæ Dei in odium factæ sunt & in tentationem animis hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.*

Antonius ille Magnus mundum laqueis refertissimum vidit.

2. *Caro.*

Boet. 1. de consolat. *Nulla pestis efficacior ad nocendum, quam inimicus domesticus.*

At Matth. 10. *Inimici hominis domestici eius.*

Genes. 3. *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi.*

Iud. 16. Dalila, quæ iuuare debuit, Samsonem prodidit, quem blanditiis ad secreti proditionem pellexerat.

1. Reg. 18. *Dabo Michol Dauidi, vt fiat ei in scandalum,* ait Saul; hostem qui nec occidi, nec capi possit.

Ezech. 2. *Ecce infideles & subuersores mecum sunt Domine, & cum scorpionibus habito.*

Jebusæus quem ex arce Sion ægerrimè Dauid deturbat.

Jacob. 1. *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua*

abstractus & illectus. Adamantem sanguis, fortem caro frangit.

Galat. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, hæc enim sibi inuicem aduersantur:*

D. Gregor. homil. 16 in Euang. *De carnis peccato propagati, in nobisipsis etiam gerimus, vnde certamina toleremus.* Certamina crebra, rara victoria.

D. Gregor. Nazianz. oratione de pauperum cura, loquens de corpore. *Inimicus est mihi beneuolus, & amicus insidiosus. Proh culpam, & dissidium: quod timeo, foueo: & quod amo, timeo: priusquam bellare incipio, concilior & antequam pax fiat dissideo* Non possum tecum viuere, nec sine te.

D. Cyprianus prologo de Natiuit. Christi notat rixam inter carnem & spiritum, improprie dictam se arbitrari, quia solius animæ lis ista est, quæ secum rixatur, & cum proprio arbitrio litigat.

Ouid. lib. 7. Metam. verba sunt Medeæ]

--- *trahit inuitam noua vis aliudq; Cupido,*
Mens aliud suadet video meliora proboq;
Deteriora sequor.

Dicimus autem illam luctam animæ cum suo arbitrio, luctam carnis, quòd caro plerumque sit motrix rixæ, vel quod in gratiam carnis, arbitrium liberum animæ illicita faciat.

Duabus autem manibus impugnat nos Caro, Gula scilicet & Luxuria.

Sæpe nostro nos iugulat gladio, vt Dauid Goliatam. *1 Reg.* 17 Nemo læditur nisi à seipso.

Vt 1. *Mach.* 3 Machabæus eo ipso gladio expugnauit Apollonium, quem Apollonius aduersus eum gestauerat: ita à carne sæpè quæ data est in adiutorium, quasi à gladio & baculo nostro cædimur.

Manus nostræ proprio cingulo ligantur.

Malè tutum bellum, cùm hostis domesticus est intra muros: dum, qui tueri debuerat, hosti favet.

Malè tutum, cùm seditio est in castris.

Saluſt.

Salust 1 Iugurth. *Concordia res paruæ crescunt, discordia maxima dilabuntur.*

Funiculus triplex difficile rumpitur.

Fasciculus sagittarum Scyluri Regis Tartarorum frangi non potest *Plutarch in moral.*

Cauda equina Sertorii, simul tota euelli non potest.

Caro & Spiritus vnum hominem constituentes, diuisi, miles insurgit in Ducem: se gerit pro hoste, non pro milite: Agar ancilla, insurgit in Saram Dominam. Stimulus carnis. Fomes peccati. Angelus Satanæ.

Arma eius blandæ voluptates: vulnera eius cum voluptate infliguntur, & inflicta non sentiuntur.

3. *Diabolus.*

Ille est proprius, & maximus Christi, & noster aduersarius. Non tot persecutionibus Hercules Alcmenæ filius, odio Iunonis agitatus, quot Christus, & homo tentationibus, odio Diaboli.

Nec Troiani ab eâdem tam variè agitati ob raptum Ganymedis Phrygis, & repudium sanguinis sui à ministerio Iouis.

Virgil 1. Æneid.---- *Manet altâ mente repostum.*
Iudicium Paridis, spretaq; iniuria formæ,
Es genus inuisum, & rapti Ganymedis honores.

Vt qui hominem ipsum occidere non potest, fauciat eius effigiem, *Vel in arâ*;

Vt Panthera hominis effigiei insultat;

Vt gladiator, qui caput hostis ferire non potest, corpus aut membra appetit; sic Diabolus, quum Deum vindicem superbiæ suæ lædere non possit, hominem inuadit Dei imaginem. Caput mundi, caput Ecclesiæ lædere non potest? irruit igitur in membra.

Reges suspendunt è patibulo imagines Nobilium, quos captiuos habere nequeunt: Ita, &c.

Ephes. 6. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum*, i. non aduersus carnem.

& homines tantum.

1. Petri 5. *Aduersarius vester Diabolus tanquam leo, &c.*

Cerberus est ille poëticus *tria guttura pandens*, vt ait ille.

Genes. 3. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, semen tuum & semen illius* inter hominem & te.

Cyprianus ser. 4. de mortalitate: *Quid aliud in mundo, quam pugna aduersus Diabolum quotidie geritur, quam aduersus iacula eius & tela conflictationibus assiduis dimicatur?*

Pers. sat. 4 *Cedimus inq; vicem prebemus crura sagittis.*

Horat *Caedimur & totidem plagis consumimus hostem.*

Virg 2. Æneid *Victores victiq; cadunt, victiq; resurgunt.*

Salomon: *Septies in die cadit iustus, & septies resurgit.*

Nusquam magis *varius euentus belli*: nunc victus victor, nunc victor victus.

III.

Qualis hostis Diabolus.

3. *Antagonistis*: Alibi enim homines cum hominibus pares cum paribus, robore, numero, &c. præliantur, hic Dares cum Entello, Troilus cum Achille, homo bulla cum Dæmone.

{ *Fortis est* }

Eccl 9. *Ciuitas parua, & pauci in ea viri Venit contra eam Rex magnus, & vallauit eam, extruxit munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio.*

Ciuitas parua, homo, microcosmos. Rex magnus, Diabolus, Rex magnus Tyrannide.

Job. 41. *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, qui factus est, ut nullum timeret.*

Ibid. *In stipula versi sunt ei lapides funda.*

Luc. 11. *Fortis armatus custodiens atrium suum.*

Nos Dauides paruuli, ipse magnus Goliath exprobrans agminibus Israel. Nos pygmæi imo locustæ, ipse vastus Gygas.

Orig.

Orig. *Vult Dominus Deus mirabiles res facere: Vult enim de locustis superare Gygantes, & de his quæ in terris sunt, cœlestes vincere nequitias.* Nos folium, nos stipula, nos bulla *Homo bulla*, Prou.

Astutus, & exercitatus.

Dionysii sensu, Naturalia in Dæmonibus non sunt diminuta. Dæmones dicti à scientia. Scientissimi rerum sunt: Stratagematis agunt *Serpens callidior cunctis animi*. Gen. 3.

Virgil. 2. Æneid. ---- *Dolus an virtus quis in hoste requirat.*

Experientiæ multæ sunt, veterani, & veteratores. Nam ab initio mundi; *Vna cum gente tot annos, bella gerunt.*

Isidori mente, vigent Subtilitate Naturæ, Experientia temporum, Reuelatione supernarum potestatum.

Nos vero inexperti, morientes cum discere incipimus.

Quale autem periculum tyronis inexperti, cum veterano milite pugnantis?

Job. 18. *Abscondita est decipula eius*

Psal. *Narrauerunt ut absconderent laqueos, dixerunt quis videbit eos?*

Excæcant rationem, qua possunt.

D. Hieronym. *Persequitur me hostis, cui nomina mille, cui etiam sunt mille nocendi artes, & ego infelix victorem me putabo?*

Vigilantissimus.

Fortissimi quandoque vincuntur somnolentia, & vinolentia.

Virgil. 2 Æneid. *Inuadunt vrbem somno vinoq; sepultam*, post decennalem obsidionem.

Sisara sic clauo confixus.

Holofernes sic cæsus à Judith.

1. Reg 3. Amalechitæ, cum lætarentur, quod Sicelech combussissent, & spoliassent, stratique essent super faciem terræ, quasi festum celebrantes, à Dauide superueniente vincuntur, cæduntur, spoliis spoliantur.

Diabolus vero non dormit, nec omnino comedit, vt gloriabatur olim in Macarium, *Ille ieiunat sæpe*, aiebat, *ego nunquam*

quam comedo: ille multum vigilat, ego verò nunquam dormio, &c.

Argus est insomnis, Draco peruigil, Leo apertis oculis dormiens.

Non corpus habet, quod aggrauet animam, vti nos: nec cibum capit, quem somno digerat In momento operatur.

Matth. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* *Vigilate.*

Matth. 26 *Spiritus promptus est*, nequam ille spiritus scilicet: *caro autem infirma.*

Indefessus

Aliis quandoq; reparandæ vires; hybernandum, &c.

Alii fr. cto hoste conquiescunt.

Corpora magnanimo satis est prostrásse Leoni,
Pugna suum finem cum iacet hostis habet. ait Ouid.

Mundus & caro cessant circa mortem, aut certè leuius agũt. At tunc iste magis sæuit, *habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet.*

Genes. *Tu insidiaberis calcaneo eius.*

Et lupus, & tristes instant morientibus Vrsi,
Et quæcunq; minor nobilitate fera est, ait Ouid.

Conflictus conflictum superuenit. Finis vnius, initium est alterius.

Numerosus.

Cass. collat. 2. c. 11. *Nec vnus est hostis, sed innumerabiles cateruæ aduersus singulos &c.*

D. Antonius vidit mundum plenum laqueis.

Haymo: *Vt Philosophi dixerunt & sancti viri opinati sunt, aër iste ita plenus est Dæmonibus, sicut radius Solis est minutissimus pulusculis.*

Nõ tot canibus cingitur lepusculus, quot homo hostibus.

Psal. 3 *Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.*

Psal. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.*

Psal. 21. *Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.*

Circundederunt me canes multi, tauri pingues obsederunt me.

Prou. *Ne Hercules quidem contra duos.*

Virgil. 2. Æneid. *Ilicet obruimur numero.*

Adde quod Dæmon est ambidexter, impugnans occulta suggestione, nonnunquam aperto Marte.

Vide D. Bernard de 7 fragmentis.

D. Bernard. *Caro suggerit mihi mollia, mundus vana, Diabolus amara.*

D. August. in sermonib. communib. ser. 4. *Posuit aduersarius noster in cælo bellum, in paradiso fraudem odium inter primos fratres, & in omni nostro opere zizania seminauit. Nam in comestione posuit gulam, in generatione luxuriam in exercitatione ignauiam, in conuersatione inuidiam, in gubernatione auaritiam, in correctione iram, in præsulatu siue dominatione superbiam, in corde posuit cogitationes malas, in ore posuit locutiones falsas, in membris operationes iniquas, in vigilando mouet ad praua opera, in dormiendo ad somnia turpia; latos mouet ad dissolutionem, tristes autem ad desperationem.*

Greg. *Diabolus aut suadendo blanditur; aut minando terret; aut desperando frangit: aut promittendo decipit.*

Quid facto opus.

*I. Recurrendum ad Dei auxilium.

Psal. *Domine vim patior, responde pro me.*

Congregata sunt gentes vt dimicent aduersum nos, ad te sunt.

Domine oculi nostri, ne pereamus, &c. Dominus fortis & potens; Dominus potens in prælio.

Domine, salua nos perimus.

Si enim in bellis visibilibus, ne vita corporis pereat, ad Deum confugimus, quanto magis in istis, ne animæ vita?

*II. Cogitandum hostes illos non posse quantum volunt, sed quantum permittuntur.

D. Aug. in Psal. 63. *Alligatus est Diabolus, ne faciat quantum potest, aut quantum vult. Tamen tantum illi à Deo tentare permittitur, quantum expedit proficientibus.* Equus licet fortis, fræno compescitur, &c.

Bestia-

Bestiarum nocentissimæ, debilissimæ sunt: scorpiones, araneæ, &c.

D. Ambros. lib. de parad. c. 2. *Accepit tentandi licentiam Diabolus sed non accepit subruendi copiam.*

Albertus ait Dæmones tria habere, quæ pro suo arbitrio ostendere non possunt. { *Pulchritudinem* naturalem. *Scientiæ* & astutiæ magnitudinem, qua norunt omnia secreta naturæ, vim activorum & passivorum, &c. *Fortitudinem*, qua vel montes vno momento subuertere queant si &c.

D. Antonius aliquando *eos ita contempsit, vt illis exprobraret imbecillitatem*, ex D. Athanasio.

Procopius & Eucherius Dæmonis imbecillitatem testatam esse volunt illis verbis: *Inimicitias ponam, &c & ipsa conteret caput tuum*, i. pes mulierculæ caput tuum proculcabit *Dux fœmina facti* Salus in manu fœminæ.

Justinus martyr ait Exorcistis in Ecclesia commissum esse, vt ab obsessis corporibus Dæmones pellerent. Exorcistarum autem ordo, inter Ecclesiæ gradus infimus est: ergo pueris in Ecclesiâ supra illos potestas est.

D. Antonio aliquando ita Dæmon confessus est imbecillitatem suam: *Ego ad nihilum sum redactus quia iam in cunctis partibus regnat Christus.*

Daniel. *Conclusit Deus ora leonum.*

Sed ex D. Aug. ser. 197. de tempore. *Dicit aliquis: Si alligatus est, quare adhuc tantùm præualet? Verùm est fratres charissimi, quia multum præualet: sed tepidis & negligentibus & Deum in veritate non timentibus dominatur. Alligatus est enim tanquam innexus canis catenis, & neminem potest perdere nisi eum qui se illi mortifera securitate coniunxerit. Iam videte fratres, quàm stultus homo ille, quem canis in catenam positus mordet. Tu te illi per voluptates & cupiditates seculi noli coniungere, & ille ad te non præsumet accedere. Latrare potest, solicitare potest, mordere omninò non potest, nisi volentem. Non enim cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à nobis consensum, sed petit.*

D. Atha-

D. Athanas. in vit. Antonii. D. Antonio aliquando dicenti, merito Dæmonem à Monachis persequutionem pati, quoniam eius tentationibus infestarentur, respondit Dæmon: *Ipsi* (inquit) *suis se cupiditatibus impugnant.*

Ex Vitis Patrum. Eremita & vim & imbecillitatem Dæmonum vidit, scilicet cum ab Angelo ductus in multorum monachorum conventum, vidit Dæmonum maximã multitudinem instar muscarũ officinas omnes peruolitantium: abductus verò ad quendam ciuitatis locum, vidit vnicum Dæmonem satis otiosè ciuitatis portæ imminentem, & quęrenti quid ita? respondit Angelus, quod omnes in ciuitate voluntati Dæmonis parerent, vnicum illis custodem satis esse: monachos verò à tam multis impugnari, quod omnes Diabolo resisterent.

Scilicet in ignauos fortis est; in fortes ac strenuos, imbellis. In pace, leo, in bello, ceruus.

Jacob. *Resistite Diabolo, & fugiet à vobis.*

* III. Ad Scripturas sacras recurrendum, unde, quasi ex armario, tela depromantur.

Cant. 4. *Sicut turris David collum tuum, &c. mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.*

D. Greg. homil. 14. lib. 1 supra Ezech. *Quid per collum sanctæ Ecclesiæ, nisi sacra eius eloquia designantur. In qua dum mille clypei dependere memorantur per hunc perfectum numerum, numerus vniuersus ostenditur, quia vniuersa nostra munitio in sacro eloquio continetur. Ibi quippe sunt præcepta Dei, ibi exempla iustorum.* Vide ibi multa pulcherrima.

* IIII. Cogitandum quomodo, & quibus artibus Sancti vicerint eosdem hostes, maximè quomodo Christus Diabolum debellârit in deserto, &c.

Eorum instar dimicandum. Solebat Alexander sibi Achillem proponere. Cæsar Alexandrum sibi imitandum: Nos nobis Christum hâc Quadragesimâ proponemus, &c.

NOTÆ CONCIONIS II.

Them. *Tunc ductus est Iesus, &c.*

Repetita sunt breuiter summa capita prioris concionis, inde sic facta propositio.

Dicendum hodie mihi
1. *Quid vtilitatis Deo ex tentationibus nostris.*
2. *Quid bonis quid malis*
3. *Quanquam videri possit hic dicendum de causis tentationum Christi tamen opportunius reseruari in illud, (Vt tentaretur à Diabolo) vbi proprius de illis dicendi locus. Primam ergo vocem tunc circumstantiam scilicet temporis examinandam hodie.*

AVE MARIA.

I.

Quid Deo, ex tentationibus nostris.

Dicat aliquis: Cur si nos amat Deus, sic agitari aut vult, aut sinit?

2. Reg. 12. Dauidi ex prælii periculis à suis liberato dictum, *Iam non egredieris nobiscum in prælium*, nobis scilicet carior es, o Rex. Respondendum, fieri bono maximo, Dei inprimis, tum nostro.

Vt in theriacam, quam vocant, Venetam, vipera ingreditur, & prodest contra venena bestiarum, &c. ita Diabolus licet perniciosus, omnesque tentationes prima fronte appareant, tamen à Deo Opt. Max. permittuntur homines agitare, ad bonos fines, gloriam, gaudiumque, &c.

* 1. *Gloriam Dei.* Reges, Magnates, &c. ad gloriam, nonnunquã milites suos iubent extra mœnia vrbis in arenam, campo Martio descendere, vel contra hostilem militem, vel socium,

ſocium, vt de vibrata egregie haſtâ, de ictu hoſtili ſcitè declinato, cæteraque in ſuis armorum laude, glorietur.

Gloria Gamalieli de Paulo ſuo omnia aduerſariorũ argumenta perrumpente: & vel totam, vt ſic dicam, Sorbonam ſuperante, & confundente Iudæos, gloriatur.

Iob. 1. Sic Deus de Iobo ad Diabolum exploratorem, *nunquid, ait, conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo?*

Pſal. *Gloria virtutis eorum tu es.*

Eruam te & honorificabis me.

*2. GAVDIVM. Deum enim etiam capiunt ſpectacula læta, quæ ex cælo proſpiciat.

Antonium tàm variè impetitum, tot ſpectris &c. victorem è vicino intueri;

Greg. lib. 2. Dialog c. 2] D. Benedictum ſpinis volutari? *Bonauent. in vitâ Franc.* D. Franciſcum in niue: Alium atque alium linguam ſibi præmordere, ac in os meretricis ſolicitantis proiicere, vt vim voluptatis vi doloris ſuperaret, *ex Hieronymo in ep. de vita D. Pauli & Marulo. lib. 4. exempl. ca. 7.*

D. Stephanum ſub lapidum grandine nihil ingemiſcẽtem, imo & pro inimicis ſupplicantem intueri & audire, an non ſpectacula, Deo ſanè iucundiſſima?

Ne infitiêre, *ecce* (ait Athleta) *video cælos apertos: & filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei.* Actor. 7. quaſi cortinas diſtraxiſſet, aut cæli feneſtras tùm latè aperuiſſet, Trinitas quamlibet omnia videns, tàm vt attentiſſimè certamen illud ſerui ſui proſpectaret, quã vt certantem roboraret. Vt enim auditor frequens doctuſque ſtudium excitat Oratoris: ſic luctatoris, nobilis ſpectator.

Quod equis tympanorum ac tubarum ſoni, hoc vtriſque autor & ſpectator: Huc ſpectat illud Pauli: *Spectaculum facti ſumus mundo, Angelis, & hominibus.*

Ergo & Sanctos non nunquam ſuos variè agitari patitur Deus, ad nouam gaudii atque ad plauſus, de illorum

 victo-

victoriæ materiam.

*, 5. VNIFORMITATIS, vt ſicut inanimata, & bruta animantia ſingulis contrariis exercentur, ita & homo.

Omnia fecit duplicia, Vnum contra vnum.

Ouid. .. metam. *Frigida pugnabat calidis, humentia ſiccis,*

Mollia cum duris ſine pondere, habentia pondus.

Ouis & lupus, felis & mus, Leo & vrſus mutuo aduerſantur.

Plinius lib 29. c. 4. & lib. 8. c. 21. *Baſilico muſtelarum virtus exitio eſt, adeò naturæ nihil placuit ſine pari*

Ichneumon ſeu glis Pharaonis, & Regulus cum crocodilis velitantur,

Diabolus etiam cum homine, Virtus cum Vitio.

Et hæ quidem cauſæ, aſpectu Dei; ſed aliæ quædam ſunt, hominum adſpectu.

II.

¶ Quid boni, bonis malisq; ex tentationibus.

Theodoret. lib. 3. curationum græc. affect. lib de Diis & Angelis.] *Ad humanam vtilitatem Diaboli malitia vſus fuit Deus. Ità & medicos ſolere aiunt, qui ad morborum curationem Viperis nonnunquam ſerpentibuſq; vtuntur.*

Prou. Quæ ori amariora, ea cordi plus proſunt.

Artifex potēs Deus, qui ex malis optima ſolet elicere.

D. Aug. *Melius iudicauit de malis benefacere, quàm mala nulla eſſe permittere.*

Si ex tentationibus nihil boni cur Iacobus c. 1. *Omne gaudium, inquit, exiſtimate fratres, cum in varias tentationes incideritis. Scientes quòd probatio fidei veſtræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet?*

Et

Et *Beatus vir qui suffert tentationẽ, quoniàm cum comprobatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.*

Rom. 5 *Gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio verò spem. spes autem non confundit.*

Beda in lib. 1. reg. c. 16. *Vtitur Deus malis spiritibus ad probationem quorundam vt Iob, & Tobiæ. ad emendationem vt Magdalenæ: ad conseruationem, vt Pauli, cui datus est stimulus carnis, Angelus Satanæ ad correptionem, vt Corinthii per Paulum excõmunicati: ad damnationem, vt Achab, Antiochi, Herodis.*

Versus, { *Vt probet, emendet, conseruet, corripiatur.*
Vt damnet, miseros virtus diuina flagellat.

Tentationes ergò vtiles tentatis ipsis imprimis, deindè & spectatoribus.

*j. Tentatis inquam, ad {
1. *Ocii fugam*;
2. *Cognitionẽ sui*; { *Sibi* j. vt se cognoscãt; *Aliis* j. vt ab aliis cognoscantur;
3. *Meritum*:
4. *Excusationem seu peccati eleuationem*;
5. *Obicem peccati*.

*1. AD OCII FVGAM, seu exercitiũ virtutis.

Multam malitiam docuit otiositas, ait scriptura.

Horat. *Ocium Reges prius, & beatas*
Perdidit vrbes.

Vt ex veste non gestatâ nascitur tinea. In aquis stagnantibus bufones, fœtores &c. in ferro nõ trito, rubigo: in terrâ inaratâ spinæ, tribuli. &c. Lyrâ intactâ chordarum discordia, ità ex otio Vitia.

Ezech. 16.] *Hæc fuit iniquitas Sodomæ otium.* Arcum frangit intensio nimia, animum remissio.

Exod. Putauit Pharao Israëlitas cogitare discessionem à se, ex otio.

Cato, *Homines nihil agendo male agere discunt.*

Plutarch. Tom. 1 moral. in apopht. Lacon.] Cleomenes cur nõ deleuisset, Argiuos à se deuictos, interrogatus, respondit: ne desint qui iuuentutem nostram exerceãt.

 Valet

Valer Max. lib 7. c. 2 Metellus in Senatu deuictâ Carthagine dixit, nescire se illa victoria boni ne plus, an mali Reipub. attulisset. Annibalis enim transitu in Italiam, dormientem iam populi Rom. virtutem excitatam: metuique debere, ne acri æmulo liberata rursus obdormiret.

Lucius Flor. de gestis Rom. Lib. 2. c. 15. D. *Aug lib. 2. ciuit c. 18.*] ait Scipionem Nasicam consuluisse Rom. non delere Carthaginem, ne pop. Rom. otium & requies ab hoste, adferret corruptelam, vti eâ deletâ contigit. &c.

Plutarch. sup.] Spartani noluerunt à Rege suo excindi vrbem molestam, ne deesset eos acuendæ iuuentuti.

Maximus Tyrius ser. 25. Iidem in pace ocium non alebant, sed verbera plagasque, ac consuetudinem malorum ipsis virtutibus permiscebant.

Alexander, Annibal, Dauid, Salomon pacificus, & sine Satanâ, otio quid non turpitudinis commiserunt?

Iud. 3.] Ideo relicti Chananæi in terrâ promissionis deuicta, ne Israël torperet, *& oportet hæreses esse.*

Contrà, vero, labore & exercitio omnia perficiuntur. Orator, dicendi exercitatione, Nauita, crebris procellis &c. Miles crebris præliis.

Nux percussionibus fructuosior. *Ouid. de nuce.* Sed & palma pondere. Vrsus asinusq; ictibus impinguantur,

D. Chrysost. homil. 13. in 4. Matth. tom. 2.]*Vt fortior & ipso ferro prorsus valentior, tentationum exercitatione reddaris.* Per antiperistasin ignes inter frigora acriores.

Lorica, incus, lamina gladii, crebris ictibus, inter incudem & malleum, agitata, obdurantur.

Lactant. lib. 2. c. 9.] *Virtus nisi malis agitetur aut vim suam perdet, aut omninò non erit.*

Limæ mordacis rubiginem ferri detergentis, & cotis obtusa acuentis instar omnis tentatio.

Seneca. *Multum adcrescit sibi lacessita virtus.*

Virtus

Virtus in infirmitate perficitur.

Virescit vulnere virtus

Dauidem Saul, Iacobum Esau, Ecclesiam hæretici seipsis fecêre meliores

Idem de opif. Dei c. 20] *Quoniam virtutem dedit homini Deus statuit ei é contrario inimicum, ne virtus vitio torpens naturam suam perderet.*

Idem ibid.] *Virtus esse non poterit. nisi fuerit compar aliquis, in quo superando vim suam vel exerceat, vel ostendat.*

Isid. lib 3. de summo bono c. 5.] *Diabolus per suas tentationes Sanctorum profectibus seruit: etsi nolens, præsertim quando eos. non decipit. sed erudit Nam tentationes. quas ille ad humanum interitum mouet. interdum Christus ad exercitium virtutum, salubri vtilitate conuertit.*

Greg. homil. 9 in Ezech.] *Abel fieri non valet, quem Cain malitia non exercet?*

D Ambros. *Tolle pugnam, & non erit victoria, tolle victoriam, & non erit corona.*

Non esset patientia martyrum, si non esset persecutio Tyrannorum.

Ioan. Climacus gradu 4. scalæ paradisi] ait, sibi miranti de dispensatoris innocentis humiliatione, Abbatem respondisse: probatissimos & laboris patientissimos, si ad tempus à Prælato non afficiantur contumeliis, solita modestia & tolerantia destitui &c. Vide ibid. pulcra.

Sap. 10. de lucta Iacob. cum Angelo, *Certamen forte dedit ei, vt vinceret*

Lanam, linum. filumque nendi texendique peritis Deus ministrat scilicet, & fabris ligna.

* 2. *Ad sui cognitionem sibi, vt se ipsos noscant.* scilicet, Magna res sui cognitio. Ideo in templo Apollonis Delphico, in superliminari portæ, scriptum fuit solemne illud, nosce te ipsum, γνῶθι σεαυτόν

Quidam in tranqullo positi, mira de se, suaque constantia, castitate &c. promittunt: ac tentatione adueniente, flaccescunt, aut flaccidi fuisse demonstrãtur. Eccl. 34.] *Qui non est tentatus quid scit?*

Ibid.] *Qui non est tentatus qualia scit?*

Matth 26.] Petrus de se, Christo magnifica promittebat in mensâ, & quiete positus: *Paratus sum tecum &c. ego nunquam: Etsi oportuerit me mori tecum &c.* Posteà *non potuit* vel *vnam horam vigilare*: fugit, negauit: cum iuramento: cum anathemate. Petrum ergo Petro ostendit tentatio: Nam postea factus modestior ibi: *Petre diligis me plus his* &c. *Tu scis*, ait, *quia amo te, & amplius his*.

Psal. 29] *Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum*; sed tentatus quid fecisti; *Auertisti faciem tuam, & factus sum conturb.* otiatur, adulteratur: addit mendacia culpæ: Vriam cædi iubet. Dauidē, Dauidi ostendit tentatio.

Quædam sibi castissimæ, dum non solicitantur. *Casta est quam nemo rogauit*, ait Mart.

Virgil. 4. Æneid. *Sed Pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras*; (inquiebat Dido initio, & in portu)

Pallentes vmbras Erebi, noctemque profundam,

Ante, pudor, quàm te violem, aut tua iura resoluam, de quâ dicitur tamen ibid. *Speluncā Dido Dux & Troianus eandem Deueniunt.*

D. Aug. in Psal. 60.] *Vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine peccato, sine tentatione, quia profectus noster per tentationem nostram fit, neque sibi quisquam innotescit, nisi tentatus.*

Idem in Psal 61.] *Vt proberis, vt qui te nesciebas, à te ipso inueniaris.*

Beda sup. Matth. *Vtile est sanctis tentationum flammis examinari, vt vel tentati quia fortes fuerunt appareant, vel cognita per tentationes sua infirmitate, fortiores fieri discant.*

Psal. *Proba, me Deus & tenta me; iudica me esse probatum.*

batum, nõ tibi, qui omnia nosti, sed mihi & hominibus.

Thersite Homerico, & Tarasone comico & Goliath Philistæo nonnulli gloriosiores, in pace ore leones, in prælio cerui, fundæ Dauidicæ lapillo prosternuntur.

Florus lib. 2. c. 6. Vt eodem, quo obsessa est, die, capta est Hispanica Carthago quamlibet minax; sic illi primo *tentationis tempore recedunt.*

Plutarch. tom. 1. Vit. in Fabio) Minutius quidam factus cũ Fabio Cunctatore Dictator, obtentâ parte media exercitûs, putabat Hãnibale à se mox deuictũ iri: itaq; cõgressus cum hoste, victus propemodum est, nisi Fabius opem tulisset, vnde postea Fabium pro patre habuit, quem anteà despexerat, seque tanto honori imparem agnouit.

Vexatio dat intellectum.

Vrbium robur ostendit obsidio, hominum, tentatio.

Ostendam Ostendæ ostendit triennalis obsidio, quâ visum est illam posse obsideri, quod magni Duces ante desperauerãt, nec si obsideri posset, tàm facile capi posse, quam multi sperabant. Obsessa est enim facilè, ægrè capta.

Viennæ in Austriâ robur 28. irruptiones Turcarum toleratæ & repulsæ, sub Solymanno obsessore, & Carolo V. protectore, ostenderunt.

*3. AD COGNITIONEM SVI ALIIS, id est vt aliis sciantur, laudẽtur, & imitatione virtutum similium exprimantur.

Tob. 12.) *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te.*

1 Cor. 11.) *Oportet hæreses esse, vt & qui probati sũt, manifesti fiant* Granum à palea fustis & cribratio separat, fideles hæresis manifestat.

Eccli. 27 *Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.*

Ciuitas firma videtur tum primum & munita, cùm hostẽ repulit lorica, dum globum catapultæ &c. Ouid. l. 5. trist. eleg.) *Scilicet aduersis probitas exercita rebus*

Tristi materiam tempore laudis habet. vt patet in Susanna. *Si nihil infesti durus vidisset Vlysses,*

Penelope felix, sed sine laude foret

Theodoretus lib. 3. curat.] *Credimus Deum non sustulisse captum semel inter homines, Dæmonasque certamen, vt ea scilicet colluctatio pugiles fortissimos proderet, eaq; occasione plurima virtutis ederentur exempla*

Basil. hom 8. in diuites auaros. *Nauclerum tempestas & athletam stadium, & ducem pugna, magnanimum calamitas, Christianum verò tentatio probat, & examinat.*

Tentatio notam fecit castitatem.
- *Ioseph* resistentis vxori Phutipharis solicitatrici. *Genes.*
- *Penelopes*, fallentis telâ procos importunos. *Ouid* 1 *ep. Heroid.*
- *Bellerophontis*, non audientis preces Stenobææ, vxoris Præti Regis Argiuorum.
- *Hippolyti*, respuentis preces Phædræ nouercæ. *Passim apud Poëtas.*

Iobi Patientia, Abrahæ obedientia &c. ità inclaruêre. Iàm hi omnes, tentationibus suis, venêre in gloriosa prouerbia.

Eccli. 44. de Abraham.) *In tentatione inuentus est fidelis. ideo iureiurando, dedit illi gloriam in gente sua crescere illum*

D. Greg. in præfat. exposit. Iob c. 5.) *Iob summis virtutibus fultus sibi notus erat & Deo, qui si non flagellaretur, à nobis nō agnosceretur Virt⁹ quippe etiā per quietem se exercuit: sed virtutis opinio commota per flagella fragrauit: & qui quietus in se ipso quod erat continuit, commotus ad notitiam omnium, odorem suæ fortitudinis aspersit. Sicut enim vnguenta, nisi commota, redolere latius nesciunt &c. aromata, cùm incenduntur &c.*

D. Hieronym. in Iob.) *Sed hæc Iob contigerunt, vt appareat foris hominibus, quod intrinsecus erat ante Deū.*

Aurum in igne fit rutilantius.

Inno

Iuno apud Senecam in Hercule furente act. 1. ità de Hercule: *Superat & crescit malis, iraq; nostra fruitur, in laudes suas Mea vertit odia.*

* 3. *Meritum*, de cæteris exemplo suo ad meliora cōuersis. Si enim scandalosis vę & mola asinaria; quidni benè bonis. impios, pietatis exemplo, corrigentibus.

Meritum rursùs à ieiuniis, vigiliis, orationibus tensationum occasione frequentioribus.

Vti metus hostium seu exterorum, seu ciuili bello coniuratorum ciuitates nostras impulit studiosius muris telisque muniri, & impares obsessoribus, ad regia auxilia coufugere; ità tentationum procellæ cogunt diligentius orare &c. & hæc etsi necessario actitantem benè de Deo mereri, vt qui remediis à Deo decretis vtatur.

Psal. Clamabit ad me & ego exaudiam eum.

2. *Paral* 20. Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solum residui habemus, vt oculos dirigamus ad te Domine Deus.

Sic Paulus de se; Datus est mihi stimulus &c. propter quod ter Dominū rogaui &c. Castigo corpus meū &c.

Et ille: Domine vim patior responde pro me.

Iniqui persecuti sunt me adiuua me. paulominus consummauerunt me in terra.

Hinc, *Ex Antonino 4 par. summa tit. 13. c 3. §. 4. & Iordan lib. 2. c. 29 & vitis PP.* Monachus quidam adolescentior in deserto tentatus, cùm ei instructor suus, resistendi laborem miseratus, diceret; *Vis fili vt exorem te à Deo ab hac tentatione liberari? Minimè,* inquit, *Pater minimè nam mihi ea valdè vtilis est: Occasione enim illius diligentius abstinentiis, ieiuniis, atque orationibus vaco,* vnum id te dumtaxat rogo, spiritum mihi fortitudinis à Deo suggeri, vt exores.

Sap. 10. *Certamen forte dedit ei, vt vinceret,* de Iacobi luctâ cum Angelo.

* 4. *Excusationē in peccatis aliquam.* Cùm enim præuideat Deus aliquos etiam sponte peccaturos, esse vo-

fuit qui instigaret, offendiculum obiiceret &c. ne tam turpis lapsus videretur, & dicere vtrumq; posset, Cecidi quidem, sed *impulsus euersus sum vt caderem*;

Inimicus subplantauit me, & frauduleter egit in me;

Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.

Et: *serpens decepit me Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit*?

Translatio illa criminis valdè adtenuat crimen.

Dedidi me, sed arctè obsessus, sed magnâ vi tormentorum quassato atque aperto muro &c. non vti ignauus, aut proditor.

*5. *Omicem peccati.* Incuriosi, incustoditi, periculorum securi pluries sanè motu proprio, & velut mole nostrâ rueremus, quàm inter tentationes constituti, quarum quælibet, dum suspectæ sunt omnes, cauetur diligenter.

In lubrico rarius cadit viator, quàm in tuto.

Inter scopulos ac Syrtes rariora naufragia, quàm in vadis, aut portu;

In tuto clades exercituum frequentiores, quàm in hostico, aut angusto.

In malè tutis enim locis cautè omnia gerimus, in tutis securè atque incuriosè.

Vides vel equos etiam dimissos sibi lapsare labique facilius, quàm insessos, aut oneratos, cum enim in pedes ac viam intendunt.

Arbitror (ait noster ab Ossunâ hîc) *quòd si Diabolus, aut alia tribulatio non vexaret nos, adinuicem ipsi necaremus nosmetipsos.*

1. Reg. *Vnuscuiusque ensis versus ad proximũ suũ.*

Et hæ quidem causæ adspectu eorum qui tentantur.

*ij. Prosunt verò etiàm tẽtationes Spectatoribus, vt { 1. *Tolerentur cũ peccant.* 2. *Habeãt quod imitẽtur.* }

Scilicet *omnis commoditas sua fert incommoda secum:* & contrà.

*1. *Vt tolerentur cum* peccant, ac mitius habeantur.

Certo

Certo certius, eum qui peregrinus, vagus, mendicus fuit in extera terrâ, qui infirmus, febricitans, vulneratus, sectus, aut cauterio adustus fuit, in peregrinos morbidos, saucios illo qui nihil vnquam tale passus, futurũ humaniorem.

Virg. Æneid. 1. Didonis vox.) *Non ignara mali, miseris succurrere disco.* Petrus futurus pastor Ecclesiæ, ideò tentari, ac labi permissus.

Cassianus collat. 2. c.) Cùm quidam monachus adolescentior grauiter tentaretur fornicationis spiritu, seniori cuidam monacho rem omnem declarauit, consilii & auxilii copiam expectans. At malum, senex ferè in desperationem egit iuniorẽ, aiens eum Deo exosum, indignum habitu, nomine monachi, & societate fratrum. Redibat, quasi abiectâ hastâ, iunior ad seculum, nisi Deo prouidente, ei in via, quidam, primo sene prudentior Abbas, Apollo nõine, occurrisset, reduxisset q; ad monasterium, inquiens se similibus agitatum. Hic ergo Apollo orauit Deum, vt senem etiàm illum tentari permitteret. Contigit; redire voluit senex etiam ad seculum, sed orante Apolline liberatus, audiuit ab eo: *Hoc te stimulo ideò sanciatum agnosce, vt saltem in senecta, discas compati infirmitatibus alienis.*

Christũ ideò tentatũ videtur insinuare Paulus Hebr. 2 *Debuit per õnia assimilari fratrib᷑, vt misericors fieret.* Heb. 4.) *Non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris tentatum per omnia &c.* Vbi monet *adeundum,* ideò *cum fiducia thronum gratiæ eius.*

*2. *Vt habeant quod imitentur,* suasque imperfectiones agnoscant.

Theodore. lib. 3 curat. sup. *Vt ea scilicet colluctatio pugiles fortißimos proderet, eaque occasione plurima virtutis exempla ederentur.*

Spectacula constantium martyrum, exhortationes martyriorum quam multis fuêre? Plenæ Sanctorum historiæ.

NOTÆ

NOTÆ CONCIONIS III.

Tunc ductus est Iesus à spiritu &c.

Factâ repetitione consuetâ, sic propositum fuit:
Quod heri breuis hora dicere vetuit, hodie absoluemus.

Dicendum ergò
1. *Quid doceat aduerbium illud temporis* (tunc)
2. *A quo spiritu ductus Iesus.*
3. *Quid velint trium Euangelistarum, rem vnam narrantium, diuersa: & apparenter discordes dictiones Ductus, Expulsus, Actus.*

AVE MARIA.

I.

Vox (tùnc) *quid doceat.*

Ingenii humani subtilitas, inclusisse olim legitur Iliadem in nuce: Nauem omnibus instructam partibus, sub ala apiculæ vnius &c.

Deus ingenii largitor, in scripturis sacris multa etiam sæpe paucis comprehendit, sæpe tot sacramenta, quot verba.

In hoc verbo (*tunc*) quam multa inclusa!

Docet obiter non tantùm opera, sed modum, tempus atque ætatem consideranda esse.

Deinde, cum operum nostrorum quædam sint.
1. *Mortifera*, vt peccata;
2. *Vitalia & viua*, vt actus virtutum in statu gratiæ;
3. *Mortua*, vt actus virtutum in peccato,
4. *Mortificata*, vt benè facta ante peccatum;

* 1. *Docet vitalia opera*, & quæ de genere bonorum vocantur, in statu gratiæ inchoanda.

(*Tunc*)

(*Tunc*) postquam sc. manifestatus fuit Christus: & à Spiritu S. in columbæ specie ac Patre in voce *Ecce filius &c.* euidenter honoratus: Postquam, qui natura semper est mundus, hominibus in Iordane lotus visus est, tùnc ieiunare voluit, tunc pugnare, tùnc vincere.

D. Chrysost. tom. 2. homil. 13. in 4. Matth.) *Tunc istud ad quodnam tempus aptandum est? Proculdubio ad illud, quo descenderat Spiritus S postquam desuper delata vox dixisset, Hic est filius meus.*

Insinuat ergo opera bona, vt ieiunia &c. tùm demum grata Deo esse, cùm ipsi iustificati, & grati Deo sumus.

Genes. 4) *Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius. Ad Cain autem &c.* Cur hunc respicit, & eius munera: alium non? propter differentiam dispositionum, præparationum. Non quid, sed à quo attendit.

Psal. *Sacrificate sacrificium iustitia, & sperate in Domino.*

Isai 58.) *Quare ieiunauimus & non aspexisti? &c.* Resp. Dei. *Ecce in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra &c.* multa ibi.

Eccli. 34.) *Qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadē facit, quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet? ratio.* quia operum nostrorum bonitas mensuratur ex bonitate & puritate voluntatis, ex radice charitatis. *Gratia Dei, vita æterna.*

1. Cor. 13. *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

Amicorum minima dona, imò vel verbera, gratiora magnis muneribus vel osculis hostium suspectis. Peccator hostis Dei iuratus.

Vnâ manu aquam, alterâ ignem gestare.
Vnus ædificans, & vnus destruens.
Belidum doliis aquam haurire.
Arenæ semina mandare, aut fundamenta.
} *Prou.*

* II. TVNC, *in statu gratiæ præliandū vt vincas.*

Si de

Si de Cœlo, & à manu Dei exercituum est victoria; multum sanè prodest ad vincendum, vt duces & milites loti sint per confess. Sacrament. ante prælium. Contrà nocet in peccatis constitutos esse. Deus sc. hostib. suis faueat.

Iosue 7. Iosue partim victus, ob vnum nebulonem prædonem anathematis, pugnantem inter suos.

Quo die bonæ memoriæ Dom. Ioann. Austr. ad Gemblacum 1578. vlt. Ianu. deleuit, ac vicit aciem Ordinum patriæ, eodem cum Ducibus ac milite confessus, & mystico pane refectus est. Itaque tanquam leones ignem spirantes, hosti terribiles fuêre Regii milites.

Putatis (ô Duces, milites &c.) qui à concubinis, ab ebrietatibus &c. vix reuersi, ruitis in prælium, hostes vincere? Dicendi hîc campus, in Ducum militumque insolentiam apertus.

Christus baptizatus venit ad pugnam, *venit, vidit, vicit.*

1. Timoth. 3. *Pietas ad omnia vtilis est ad pacem domi, ad bellum foris.*

* III. Tvnc; *ab ætate iuuenili duriora exigi.*

Tunc erat Christus annorum 30. *teste Cypr. ser. de tentationibus Christi & Ammonio Alex. lib. 4. harmonia Euang.*

Ætatem iuuenilem duriùs semper exercet Deus, senilem indulgentius.

Antiochi persecutione, Eleazarus quidem dura patitur (*in lib. Machab*) sed septem fratres multo duriora. Lingua extorquetur, crines euelluntur, truncantur; in sartagine torrentur &c.

Act. 5.) Apostoli contumelias aliquas ac mortem: sed Stephanus adolescentior & Diaconus, torrentem lapidum tolerat, *Act.* 7.

Paulus adhuc adolescens in lapidatione Steph. & in sua conuersione, passus duriora quàm ceteri. *Ter virgis casus:*

casus: nocte & die in profundum maris &c. Sixtus Laurentio, *Maiora tibi*, Laurenti *debentur*, ait, *pro Christo certamina: te quasi iuuenem, gloriosior manet de hoste triumphus.*

Onera enim viribus gestantium metienda, vti & opibus dantium, munera.

Potentes potenter tormenta patiantur. At Iuuentus fortis, senectus infirma.

Prou. *Senectus ipsa per se morbus est.* Ara est malorũ. *Diximus hac late tom 2. Acad. peccatorum, in illud. Et facta est fames valida &c pag 42 & seqq. prosit videre.*

Christus 30. annorum ideo ieiunat, dimicat &c.

IV. TVNC, floridâ adhùc ætate bonis operibus incumbendum.

Christus tùnc ieiunat, solitudinem adit &c.

Thren. Bonum viro cùm portauerit iugum Domini ab adolescentia sua

Ouid de amore. *Turpe senex miles, turpe senilis amor.*

Iuuentutis seruitia Deo gratiora, à { 1 *Libertate*, 2. *Vrbanitate*, 3. *AEquitate.* }

* 1. *A Libertate*, Pœnitentia, quo plus habet voluntarii & liberi, eò gratior: At iuuenum pœnitentia, & discessio à voluptatib. maxime libera est. (Nàm sponte vitia deserunt & voluptates: non autem ipsi à vitiis &c, more senum deseruntur:) ergò.

* 2. *Vrbanitate* Ciuilius, dare suo Regi primitias, quã hostis reliquias, aut cibos ab alio, imo à serpente prægustatos aut præmansos.

Qui senes incipiunt benè agere, illi præmansos cibos & reliquias Diaboli, serpentis &c offerunt Deo.

Postquàm Diabolus, Caro, Mundus abunde ad tædium saturi facti sunt ipsorum seruitiis, Deum sequuntur.

Olim voluit Deus primitias frugum, primogenitos hominum, primogenita iumentorum sibi sanctificari.

* 3. AEqui-

*3. *Æquitate*, Æquius, mulum, equum, asinum adhuc iuuenem onerare, quàm iam senio fractum, & semper mollibus assuetum. Caro nostra equus, mulus, asinus, adolescens iustius laboribus & oneribus exercetur, quàm senio debilitata, vti mox aiebam.

Afflictio non danda afflicto. prou.

Psal. *Fortitudinem meam ad te custodiam.*

*V. TVNC: *Honorato quærendas latebras.*

Christus publicè laudatus à patre, à Spiritu S. à Ioanne adit latebras deserti.

Rex creandus à plebe fugit in montem.

Ioann. 7. Contrà Iudæis quærentibus eum interficere adit Synagogas, docet in templo, legit &c.

Quasi dicat, *Ab altitudine diei timebo.* Secundis ventis naufragia crebriora, quam aduersis.

Hominum alia ratio, qui honorati volunt videri, spectari & spectare, digito monstrari, & dicier hic est, in foris, in Curiis versantur: ignominia affecti, ruri latent, & afflicti vitam in tenebris luctuque agunt. Viæ Dei à viis hominum valdè differentes.

*VI. TVNC; *ætatem floridam grauius ac sæpius tentari.*

Videt enim Dæmon inexercitatam esse, itaque vinci facilem.

Videt carnem rebellem pro se stare.

D. Hierony. ep. ad Nepotianum) ait adolescentiam multa corporis bella sustinere, sapientiamque quasi ignem in lignis viridibus, suffocari.

Ideoque eis, qui ætate Christi cum Christo tentantur, cum Christo ieiunandum, secedendum, orandum &c.

*VII. TVNC; *bonis maximas inferri tentationes.*

Christum tùnc demum aperto Marte Diabolus adortus est, cùm semper plenus gratia, visus illi est & creditus.

tus plenior factus in bap. (licèt reuerâ nihil ei, baptismo, accreuerit iustitiæ) vt sciant boni, se tunc fortius impetitum iri à tentationibus, cum sanctius viuere statuent.

Remigius homil. in hoc Euang id notat & dat exemplum, de rege non aduersus subditos, sed rebelles nationes bella mouente.

Parcere subiectis & debellare superbos. Romanis in more fuit, *ex Virg. 6. Æneid.*

Gen. Laban persequitur Iacob, à se recedentem.

Exod. Pharao & tota Ægyptus, ad arma conclamârunt, dicentibus Israëlitis, se ire velle viam trium dierum, ad sacrificandum Deo suo in deserto, & maxime cum reipsâ fugerunt. Quos Israel nisi pop. Dei, videns Deum, proponẽs Deum ante conspectum suum (vt ait psal?) Pharao autem Diabolus est, tota ægyptus, administri Sathanæ, qui videntes timentem Deum a se recedere, quà quà possunt, retinere sub iugo suo conantur.

Tob 12.] *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio proburet te.*

Eccl. 2.] *Fili accedens ad seruitutem &c*

Paulus: *Omnes qui piè volunt viuere in Christo &c.*

Herodes conatur occidere Christum nascentem in nobis.

D Chrysost. tom. 2. homil. 13. in 4. Matth,] *Vt capias grãde documentum, thesaurorum tibi à Domino creditorum Neque enim superueniret tibi, neq; aduersus te Diabolus irrueret, nisi in maiore te positum honore conspiceret. Hinc enim aduersus Adam insurrexit ab initio, quia multa illum dignitate vidit conspicuum.*

Iob 1. Quià vidit Iob à Deo laudatum.

DD. Antonios, Benedictos, Hieronymos, Franciscos; quo sanctiores, eò tentauit feruentius.

Iudith. 11. *ego nunquam nocui viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor regi.*

Fures non perfodiunt domos tenuis fortunæ hominum. sed Crœsorum, & quibus est æs semper in arcâ, vestis in perticâ frumentum in horreis &c.

Inuidia fertur in magnos, non in miseros. *Summa petit liuor. &c.* Ouid.

Idem — *ipsaq; furem Præda vocat.*

Horat. *Feriuntq; summos fulmina montes.*

Formosæ potius quàm Deformes solicitantur.

Ratio Sathanæ: quia inexercitatus adhuc miles facile vincitur. *Principiis obsta.*

Noua ædificia adhuc humida, facile destruuntur.

Lucerna recenter extincta, leni aura accendi iterum potest.

VII. TVNC, *etiam baptizatis & confessis, bene postea operandum,*

Contra veterem ex Orco reuocatum à Luthero &c. errorem, quo operum bonorum necessitas negatur, quod dictum sit; *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, Saluus erit.*

Christus baptizatus ieiunat &c. *Tunc, tunc* etiam.

Beda tom. 5 lib. 1. in 4. Luc.) *Vbi nobis pariter ordinem recte conuersandi præmonstrat, vt post acceptam videlicet in baptismo remissionem peccatorum, spiritusq; sancti gratiam, arctius contra nouas antiqui hostis insidias accingi, mente seculum deserere, & quasi manna deserti sola æternæ vitæ gaudia discamus esurire.*

1. *Ratio* Quod sic Christianorum vita esset otiosa, ideoq; vitiosa, & illaudabilis futura. Ad vineæ culturam, non ad otium vocati sumus *Matth 20.*

2. Quod Christianus, regno cælorum vim inferre debet; violentis enim solis promittitur. *Violenti rapiunt illud &c.* Quæ vis in baptismo suscipiendo?

3. Quod non debemus contenti esse beatitudine simpliciter, sed aspirare debemus ad summam. Summam autem consequitur, qui summopere laborauit.

Ioan. 14. *In domo patris mei mansiones multæ sunt.*

4. Quod omnis Respubl. constat malorum fugâ, & rebus bene gestis.

Duæ

Duæ quoque partes Iustitiæ Christianæ: mala fugere, bona agere.

Isai. 1. *Quiescite agere peruerse, discite benefacere.*

Psal. *Declina a malo, & fac bonum.*

VIII. TVNC, *Plenos Deo odisse Mundum, ac secessum quærere.*

Psal. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ &c. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.*

IX. TVNC, *post baptismum, adeundum desertum pœnitentiæ, velut secundam salutis tabulam.*

Concil. Trid sess. 6. c. 14 D. Ambros. de virg. corrupta. Tertull de pœnitentia. Hierony in Isai. 3. in ep. ad Demetriadem de virginitate, in 2. ad Pammachium pœnitentia secunda tabula post naufragium deperditæ gratiæ.

II.

A quo spiritu ductus Iesus.

Vituperabile Romanis sine duce pugnare, imo & vincere Iesus ducitur & à Spiritu quidem; sed à quo quæritur, cum Spiritus varii sint.

Vide Mussum de variis acceptionib. Spiritus, serm. de Pentecoste.

Spirituum alius.
- *Increatus & incircumscriptus* — *Deus spiritus est*
- *Creatus & circumscriptus*
  - *Rationalis*
    - *Separatus*, vt Angelus
      - *Adhærens Deo inauertibiliter.*, vt boni Angeli
      - *Auersus à Deo, inconuertibiliter* Diabolus.
    - *Coniunctus*, vt anima hominis *Ps.* Exibit spir. eius & reuertetur in terram suam.
  - *Irrationalis*, vt iumentorum, *Quis scit*

 si spi-

si Spiritus filiorum hominum ascendat, & spiritus iumentorum descendat? vt ventorum.
Psal. *Ignis grando, nix glacies, & spiritus procellarum.*

Græcè, loco huius vocis (*Spiritu*) est vox) πνοὸ & πνεύματος) ventum & flatum significans. Et πνοὴ non aliter, quam pro flatu positum reperitur in arcanis literis subnotante. *August lib 3. ciuit.*

A quo Spiritu ductus quærendum, quod multum in Ducibus positum est, quocunque bello Duce enim leone oues vincent, leones duce oue vincentur.

1. Joan. 4. *Probate Spiritus si ex Deo sunt.*

Exod. *Fac nobis Deos qui nos præcedant.*

1. *Ductus à Spiritu suo rationali creato*, id est,

Ab anima sua rationali: Dici potest, vt propria voluntate, & liberæ rationis iudicio, intelligatur iniffe desertum, ad Ieiunandum, pugnandum &c.

D. Hierony tom. 6. lib. 1. comment. in 4. Matth.) *Ducitur autem non inuitus aut captus sed voluntate pugnandi.*

2. *Ductus ab spiritu creato, Angelo bono.*

Dici id etiam potest, non tamen ad indicationem viæ aut tutelam, qua non eguit, more cæterorum, sed ad magnificentiam, quomodo armiger puerulus præcedit Ducem, aut seruulus præit Domino, aut sponsæ paranymphus.

3. *A Spiritu increato, Deo sc. ipso.*

Ductu consilioque Spiritus S. abiit, adiit &c.

Hæc sanior opinio.

Orig. hom. 29. in Luc. *Quia enim quotquot spiritu Dei ducuntur hi sunt filii Dei: iste autem extra omnes proprie filius Dei erat: ideo & ipsum oportebat Spiritu sancto duci.*

Cypr. serm. de ieiunio & tentat. Christi) *Ibi suo, id est, Spiritu sancto Duce & comite conuersatur.*

D. Hierony tom. 6. lib. 1. comment. in 4. Matth.) *Haud dubium quin à S. Spiritu.*

Chrysost. homil. 13. in 4. Matth. Theophylact. Euthymius.

Gregor. homil. 16. in Euang.) *Dicit absque dubio ita esse,* vt

Vt ſcilicet *illuc eum ſuus ſpiritus duceret, vbi hunc ad tentandum ſpiritus malignus inueniret.*

Remigius, *Similiter ait haud dubium.*

Beda tom. 5 lib. 1. in 4. Luc.) *Non virtute Spiritus mali Ieſus agitur in deſertum, ſed voluntate ſui Spiritus boni, locum certaminis, quo aduerſarium ſternat, de victoria certus ingreditur.*

Rupertus lib. 3. de gloria & honore filii hominis in 4. Matth.) *Docet à Spiritu ſancto ductum, depromens illa ſua fere ex D. Gregorio.*

Haymo gloſſa.

Pſal. 142. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.*

Rationes.

1. Eraſm. annot. in hunc locum.) *Quod ſimpliciter dixit à ſpiritu, ſolitus addere ſanctum, palam eſt, eum loqui de Spiritu cuius paulo ante meminerat.*

A Spiritu illo ſcilicet ductus eſt, qui immediate antea dictus fuit, ſuper illum, in ſpecie columbæ, deſcendiſſe.

Athanaſius ep. 1. ad Serapionem Epiſcopum to. 4. id recte ponderat.

2. Ratio eſt Hieronymi ſup.) *Sequitur enim, vt tentaretur à Diabolo* q. d. ſi de malo Spiritu foret intelligendum, ſic dicendum fuerat. Ductus eſt à Spiritu, vt tentaretur ab eo. Nam cum dicit, *Ductus eſt à Spiritu, vt tentaretur à diabolo,* oſtendit alium fuiſſe Spiritum ductorem, & alium diabolum tentatorem.

3. Ex textu græco id probari poteſt: nam habet ὑπὸ τοῦ πνεύματος, id eſt ab illo Spiritu addito articulo per excellentiam: Nam quoties in teſtamento vet. ac nouo is accedit, fere de Spiritu ſancto ſentiendum eſſe docet. *Dydimus in opere de Spiritu ſancto.* Sed &, cum abſolute dicitur Spiritus.

4. Eadem phraſis apud Luc. 2. *Simeon venit in Spiritu in templum:* quis dubitet, quin in Spiritu ſancto: Micheæ 2. *Vtinam eſſem vir non habens Spiritum. Vide Athanaſium lib. de Spiritu ſancto.*

*v Ex Beda lib. 1. in 4, Luc.] *Ne quid contra eum valuisse Spiritus putaretur immundus.*

*vi Codex Syriacus aperte dicit, *ductus est Iesus á Spiritu sancto.*

Aſpirauit ergo optimo Ieſu aura cæleſtis, ventus Dei; & ventus ſecundus j. proſpere adiuit deſertum, ad victoriam. *Spir itus Domini ductor eius fuit.* Iſaiæ 63.

Vſus eſt vento ſecundo, quod maxime optant à portu vela ſoluentes.

Quid ais Hæretice, qui monaſticen Diaboli inuentum eſſe, autoreſque eius, niſi reſipuerint, ad Orcum damnatos eſſe affirmas?

En Chriſtum à Deo indeſertum ductum legis, imo vero & ſubiectum.

III.

¶ *De varietate concordi Euangeliſtarum.*

Matthæus ait *Ductus eſt*: græcè autem habet ἀνήχθη ꝑ Eraſmo annot. in 4. Matth. magis eſt ſubductus, & è medio ſeorſumque ablatus, Aliis vero ſubuectus & ſurſum elatus. Ανὰ enim accipitur pro ἄνω id eſt ſurſum; ac rurſus ἀνὰ u mitur pro χωρὶς, hoc eſt, ſeorſū. Et ità ſenſꝰ eſt, vt vim vocis interpretatur Budæus, ſubuectus eſt, vel in altos montes ductus Nam deſertum illud montoſum erat.

Marcus 1. cap. ait *Expulit eum.*

Lucas cap 4. *Actus eſt.* χαὶ ἤγετω id eſt duct us eſt ſiue actus.

Ezech 3. *Spiritus leuauit me & aſſum,*

Daniel 12. Abacuc ſubuectus & *act.* 8. etiam Philippus.

3. Reg. 18 *Cum receſſero à te Spiritus Domini aſportabit te ait Elia Abdias,*

Non fruſtià	*Ductus* / *Expulſus* / *Actus*	*Ducimur* / *pellimur* / *Agimur*	*Ratione* / *Amore* / *Impetu & imperio.*

rio. *Auguriis agimur Diuum*, ait Virg Æneid.

Vbi erat impetus Spiritus, illuc gradiebatur.

*1. Aliter, atque aliter locuti tres Euang. vt tria, quæ cõcurrerunt ad ieiunia, tentationes, passiones &c. à Christo toleratas, plene indicarentur, vno adiiciente aliquid dicto alterius, Ratio, Amor, Imperium Christum in crucem &c. egerunt.

Ductus est Ratione, putauit congruum rationi, vt, qui alieno delicto perierunt alienâ voluptate, alienâ gulâ, alieno casu Etiam remedio alieno, alieno labore, alieno ieiunio, aliena victoria, reuiuiscerent. *Gratis venũdati estis; gratis redimemini.*

Quæ non rapui, tunc exsoluebam.

Pulsus est amore creaturæ suæ, imaginis suæ. Indoluit opus suum perire.

Actus est patris imperio *in capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus* Psal.

Obediendo satius olerascere, quam sponte in 3. cęlũ rapi

*2. ITEM ADGREDIENDA ARDVA, EX { *Fide* / *Charitate,* / *Spe.* }

1. Pet 5. *Resistite fortes in fide*

2 Cor 5. *Charitas Christi vrget nos*

Heb 12. *Iesus proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contemta*

*3. *Tentationes* non quærendas, neque oblatas à Deo, respuendas.

Qui amat periculum, peribit in illo.

Ductus velut ab aurigâ & nautâ, *actus & pulsus* est Iesus velut à remis ventisque à Spiritu sancto in tentationes velut in scopulos, ac syrtes.

NOTÆ CONCIONIS IIII.

Ductus est Iesus à Spiritu in desertum

Facta repetitione solitâ, sic propositum.

Varia locutio Euangelistarum, rursus dabit occasionem dicendi.
- 1. *Quod opera ad extra Trinitatis, indiuisa sint, & alia quadam.*
- 2. *Quæ debeant esse conditiones belli bene ordinati.*
- 3. *Quo Spiritu bella ineunda.*

AVE MARIA.

I.

Quod opera Trinitatis ad extra indiuisa &c.

Priuilegia duo scripturæ sanctæ,
- 1. *Veritas.* Cælum & terra transibunt, verba autem mea non &c.
- 2. *Superfluitas nulla.* Ductus, pulsus, actus, Iesus hîc non frustra dicitur.

1. Fides de operibus Trinitatis duplicib⁹ instruitur scilicet
- *Ad intra* — Vt est generatio filii, filiatio, processio, &c
- *Ad extra.* — Vt sunt creatio, redemtio, & alia, quæ tangunt res alias à Trinitate ipsa.

Indiuisa, dicuntur in quibus omnes personæ æque operantur.

Pater meus operatur vsque modo & ego operor.

Tribuitur sane quidem
- *Patri, Omnipotentia,* Ne audito nomine Patris, senem senio impotentem suspicere.
- *Filio, Sapientia,* Ne audito Filii nomine, iuniorem putes, ideoque imprudentiorem, Arriana hæresi.
- *Spiritu Sancto, Bonitas,* Ne audito nomine Spiritus timeas quasi à malo, aut vento aduerso.

Et tribuitur
- *Creatio Patri,*
- *Redemptio Filio,*
- *Iustificatio Spiritui sancto,*

quia opus est
- *Magna potentia,*
- *Magna Sapientia,*
- *Magna clementia & bonitatis.*

Attamen creauit, redemit, iustificauit hominem quælibet persona Trinitatis.

Gen. 1.

Gen. 1.) *In principio creauit Deus cælum &c*. Pater in Filio, vel per Filium.

Ibid. *Spiritus Domini ferebatur super aquas.*

Ibid. *Faciamus hominem &c*

Psal. *Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius &c.*

Ioan. 1.) *Omnia per ipsum facta sunt.*

Pater *Filius* *Spiritus sanctus*	redemit.	*imperio,* *Humilitate & passione,* *Virginis obumbratione.*

Vnus induit & vniuit hypostatice vestem humanitatis, Pater & filius coadiutores.

Vti duo sunt in carne vna nostra generanda, ita tres deinde Trinitatis personæ in toto homine regenerando.

Pater *Filius* *Spiritus sanctus.*	assistunt iustificationi	Vt patet in bapt. Christi, in quo tres personæ manifestatæ, Pater in voce, Filius in carne, Spiritus sanctus in columbæ specie.

Vt ergo tres personæ cooperatæ ieiunio, solitudini, tentationi Christi intelligantur, tres Euangelistæ aliter atque aliter locuti.

Marcus ait	*Expulit eum*	vt ostendat,	*Potentia & imperio patris pulsum,*
Matthæus	*Ductus est*		*Ratione & sapientia Filii j sua adductũ.*
Luc.	*Actus*		*Benigna & secunda aura Spiritus S. adflatum.*

Ductus diuinitatem Christi respicit,
Actus animum,
Pulsus carnem:
Ductus locum & desertum:
Actus ieiunium:
Pulsus pugnam.

Verba tamen (*impulit*) & (*egit*) non coactionem aliquam in Christo, sed vim gratiæ Spiritus sancti indicant, qui quos replet instar Christi, non modo inducit & ducit ad bonum (*ductus est Iesus*) verum etiam facit, vt illud faciant cum ala-

critate. *Nescit tarda molimina Spirit⁹ sancti gratia* Ambr. 6.

Isai. 30. *Spiritus eius velut torrens inundans.*

Maria illo plena adit montana cum festinatione.

Sicut virtutes morales efficiunt hominem promptè mobilem à ratione, vt eius sequatur iudicium; sic dona Spiritus sancti reddunt faciliter mobilem à Spiritu sancto.

Ducit cum mouet, agit cum mouet, pellit cum iuuat.

*2. Et Gradus esse gratiæ Dei denotant { *Ductus* / *Expulsus* / *Actus* } Notæ Spiritus sancti { 1 *Ducētis Sapiēter*, 2. *Pellētis suauiter*, 3. *Agentis fortiter*.

Aliquando, quod ait Seneca, *Fata volentem ducunt, nolentem trahunt*, in rebus bonis.

Loth è Sodomis extractus: Saulus ex Iudaïsmo.

Cant. *Trahe me post te*, ô De⁹, *& coge intrare* vel nolentem

Nauem aliquando ducit rector, aliquando impellit ventus, aliquando remiges agunt.

Oportet sanè Spiritus sanctus aliquos {
Ducat vt oues quæ sequuntur præeuntem pastorem *Ante eas vadit*.
Agat vt boues, equos, qui aguntur;
Pellat vt porcos, asinos, quos pelli oportet. }

An non forte etiam ducendi verbo notatur furtim & cōsciis paucis adeundas solitudines? Aldus Manutius ingerit suspicionem, qui ducendi verbo furtiuum quid olim significatum insinuat. Hinc vxorem ducere.

*3. CHRISTVM { *ieiunasse incipientibus*, / *solitarium fuisse proficientibus* / *tentatum & c perfectis*, }

Incipientes enim; — *pelluntur* initio quasi inuiti contra naturam voluntatis: *Expulit eum Spiritus*.

Proficientes; — *aguntur* paulatim quod fit voluntate mixta: *actus est à Spiritu Quicunque Spiritu Dei aguntur hi sunt filii Dei* Rom. 8.

Perfecti; — *Ducuntur* tandem sponte sequentes. *Sequuntur me mea*. Ioan 10.

*4. *Christum factum* pro nobis maledictum. Videtur enim verbo expellendi significari Christum abactum à Patre in desertum, quasi fœtore intolerabilem, instar hirci emissari in desertum *Leuit. 16*.

Christus

Christus & { 1. *Agnus* sine macula, naturâ suâ.
2. *Hircus fœtidus* in personâ peccatorum quos repræsentabat.

Christus enim peccatorum omnium innocens personam induerat. Eo modo, Adam dicitur eiectus è paradiso, post peccatum *Genes.* 3. Christus cum Adamo in multis conuenit teste *Ambr. lib 4. in 4 Luca.* Adam. n. de terrâ virgine, Christus ex. Virgine: Adam ad imaginē Dei, Christus imago: In deserto Adam, in deserto Christus: Adam eiectus. Christus expulsus. *Marci 1.* vt peccatorum personam sustinens.

Rupert lib. 3. de gloria & hon. Filij hom. in 4. Matth.] *Expulit inquam tanquam reum, & illius primi hominis portantem reatum. Vt inciperet vapulare ieiunando, quidquid in illo vno comedente peccauerunt.* Hæc ille.

Duci etiam dicitur de condemnatis, & addictis, & iis quibus à Magistratu manus iniecta; *expelli* de exulibus; *agi* de cruciariis vnde illud, agi in crucem; quæ omnia Christus pro nobis factus est, scilicet exul, damnatus, cruciarius, seu crucifixus: ideo bene *ductus expulsus actusq.*

* 5 *Ostenditur* his verbis *ducenas, expellendi, agendi,* non adeundas sponte tentationes.

Chrysostemus tom. 2. homil 13 in Matth 4.] *Propterea non eum vltro isse in eremum. sed à sancto Spiritu ductum esse Iesum commemorat iuxta dispensationis profecto rationem: vt nos videlicet apertissime signatum esse videamus, quia non sponte nosipsos in tentationes oporteat insilire: sed si contracti fuerimus viriliter repugnare*

Theophyl. ct in Marci 1] *Immo non ascendit sed sursum ducitur à Spiritu sancto, demonstrans nobis, non temere nos in tentationes proÿcere debere sed ferre si impetamur.*

Damnandi ergo, qui { Cohabitare audent hæreticis, conciones eorum audire, libros legere,
Consortia mulierum periculosa non fugiunt, & prauas amicitias &c.
Officia, prælaturas desiderant &c.

1. *Ratio.* Quia subtilior, & fortior hostis non irritandus: neq; contemnendus etiam ab aquila in sinu Iouis, vel scarabęus.

2. Quia

2. Quia de gratia adiutrice certi nō sum⁹, sine qua nihil possumus. 3. Quia hostis irritatus & prouocatus, fere fortior seipso sponte irruente.

4. Et *qui amat periculum, peribit in illo.*

6. *Et forte* totidem verbis, insinuantur instinctus varii quibus hoc vel illud vitæ genus eligitur.

Caßianus in collat PP. docet triplicem differentiam esse vocatorum ad religionem: addo & ad Sacerdotium, res à mundanis desertas, nec tentationibus destitutas.

Adeunt nonnulli monasticem aut Sacerdotium *ducti, acti, expulsi,*

- 1. *Diuinitus,* intùs mouente Deo. *Audiam quid loquatur in me Dominus.* Psal. *Sibilus auræ tenuis.* 3. Reg *Spiritus Domini ductor eius fuit.* Isai 63 *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Psal. 142. *Ducam eam in solitudinem.* Jdeò. *ductus Iesus à Spiritu* S. Sic *Simeon venit in Spiritu in templum. Qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei.* Rom. 8.
- 2. *Humanitus,* spiritu
  - 1. *Sanguinis,* vt suos ditent, parentibus placeant &c.
  - 2 *Vertiginis,* ac leuitatis:
  - 3. *Libertatis,* ab vxoris & liberorum seruitiis, matrimonii oneribus q. d. *melius nil cælibe vita.* Vxoratus biduo fælix, ipso scilicet nuptiarum die, & vxoris funere, cælebs omni vita: cui Euam dabunt opes, cum libebit. Ita scilicet impii argutantur fere, *apud Erasm. in colloquio de captandis Sacerdotiis.*
  - 4. *Consilii & fortitudinis,* ab aliquo viro bono persuasi: vti Hippolytus fidelis effectus, suasu S. Laurentii: Valerianus, hortatu Cæciliæ sponsæ suæ. Ideo dicitur *actus Iesus.*

3 *Vio-*

3. *Violenter* & fortunæ aduersitate, victus inopia. Jn monasterium, in Sacerdotium &c. velut in portum à tempestate naufragi impelluntur. Act. 9. D. Paulus equo deturbatus, ait, *Domine quid me vis facere*? Dismas latro in crucē iam actus ait: *Memento mei &c.* Jdeo dictus *Iesus expulsus in desertum.*

Etsi vero optandum duci monachos ad monasteria, clericos ad cælibatum & Sacerdotia, & vt pater trahat ad Christum potius quam caro & sanguis, & vis fortunæ: tamen à Deo non despiciuntur acti humanitus; si corrigant tandem cur uum illud, atq; inde recte vitam instituant, sed nec necessitate aut aduersis pulsi, si faciunt (vt est in populari prouerbio) de necessitate virtutem, & sibi de naufragio gratulentur, dicantque illud Themistoclis, apud Xerxem fœliciter exulantis: *Perieramus nisi periissemus.*

Non prodest genus vocationis primum, neque obsunt medium & vltimum, sed & vocationis vsu abusuque censentur.

Apostolis æque omnibus dictum, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos*; at ex illis tamen Iudas periit.

Saulus vero sapere coactus, saluus: imò Apostolorum pæne maximus.

Autore me, tamen, non nisi leniter parentes eò liberos suos hortabuntur, & velut manu ducent, nunquam agent, neque impellent, ne se ac suos, imò ne & monasteria ipsa perdant, dum ea refractariis & non natis illi iugo iuuencis implent.

Non omnes capiunt hoc verbum, sed &c.

Si eligendæ vxoris aut mariti libertas iusta, certe eligendi generis vitæ multo iustissima.

Quamlibet sponte cælibatus adeatur, tamen desertum est satis iniucundum, & multorum campus certaminum quanto magis si ab inuitis aditur?

De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, ait Paulus.

Sacerdoturientibus & monasticem affectantibus fauete, & siccis oculis sinite, vt Domino cum Samuele vnigenito, & filio

lio senectutis, consecrentur, & libere ad vexillum crucis euolent. Hæc ad vos parentes.

II.

Quæ debeant esse conditiones belli bene ordinati.

Ductus *Expulsus* *Actus*	Marth 4. Marc. 1. Luc. 4.	Videntur velle indicare tres conditiones belli bene gerendi.

Reges, milites ad bella.	1. *Ducendi.*	*Ratione* vel quia Dei honor, Religio, & Fides Romana violatur, &c.
	2. *Impellendi.*	*Amore* commiseratione patriæ læsæ, proculcatæ, &c
	3. *Agendi.*	*Necessitate*, vt nulla bella nisi necessaria gerantur, non necessaria sedentur Act. 15, multitudine consiliorum.

1. *Machab.* 2.] Mathatias persecutione Antiochi, trucidauit Iudæum super aram, in ciuitate Modin, sacrificantem idolis, & virum, qui alios cogebat immolare. Idem moriturus, hortatus est fratres, ad res fortiter gerendas, & Iudam Machabæum nominauit principem militiæ.

Ibid. *Et adducetis ad vos omnes factores legis & vindicate vindictam pop. vestri.*

Ibid. Iudas persecutus, & perscrutatus fuisse dicitur iniquos, & Apollonium occidisse.

D Thomas 2. 2. *q* 40 *art.* 1. bella gerenda	1 *Iuste.* 2 *Cum auctoritate.* 3 *Intentione recta.*

ij.

Actus est à Spiritu sancto. Verbum agendi videtur indicare celeritatem expeditionis Videtur Christus citò citò actus in desertum, vento secundo agente. Et id indicat bella celeriter expedienda, non cunctandum (si aliter commode fieri potest.)

Plutarch.

Plutarch tom 1. vit. in AEmylio] Narrat. Paulum Æmylium spatio 15. dierum vicisse Macedonicum regnum.regem cepisse. &c.

Cic. orat. pro M. Marcello.] Dat Cæsari laudi, quod citius vicerit regiones remotissimas, quàm alius peragrare potueri, contra quosdam inutiles cunctatores.

1. Æneid.) —*Vna cum gente tot annos Bella gero. Et quisquam numen Iunonis adoret?*

III.

Ductus à Spiritu sancto.

Non à carne & sanguine ducamur ad bella..

Non
1. *A Spiritu auaritia*, ad augenda imperia. Hoc Spiritu Alex. Rom. &c. ducti.
2. *A Spiritu rebellionis.*
3. *A Spiritu vana gloria*, vt annalibus inseramur. *Aut nihil aut Casar.* Alex. flebat, auditis victoriis Patris, quòd metueret sibi clausum iri viam ad gloriam. *Q. Curtius.*
4. *A Spiritu curiositatis*, vt visa, & audita cum additamentis narremus.
5. *A Spiritu licentia*, vt hostem & amicum deprædemur, sacra & profana, more Dionysii, Antiochi, Nabuchod. &c.

Inter arma silent leges. Cic. pro Milone.

Corcyra libera est, caca vbi libet. Militia libera est, caca vbi libet. prædare, luxuriare, &c.

NOTÆ CONCIONIS V.

Facta

Factâ repetitione solita, sic propositum.

Dicendum:
1. *Quod bella quædam non ducantur Spiritu sancto, sed auaritia, quæ in illis dominatur.*
2. *Quod opportunè cunctandum in bellis*
3. *De defectu timoris Domini, & pietatis in nonnullis militibus.*

AVE MARIA.

I.

Multi bella gerunt auaritiâ, & cupiditate dilatandi Imperii.

Alexander audito Philosopho disputante de mundorum infinitate, *&c* exclamauit, *&c.* iussit fieri cuniculos subterraneos, ad quærendos multos alios Antipodes, vt sibi etiam eos subiugaret.

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis.
Æstuat infelix angusto limite mundi.

Romani similiter.

Similes Nemroth robusto venatori illaudato. *Genes.*

Similes Ismaheli, *cuius manus contra omnes, & manus omnium contra eum.* Genes.

Similes hydropico, cuius sitis potu augetur.

Ouid. Fast. 1. *Creuerunt & opes & opum furiosa libido.*
Quo plus sunt pota &c.

Horat. *Crescit indulgens sibi dirus hydrops*

Malè. Si ait Propheta: *Væ qui coniungitis domum ad domum &c.*

D. Aug ciuit. lib. 4. c. 4. Narrat Pyratam adductum ad Alexandrum, respondisse, paruâ se scaphâ prædari, Alexandrum magno exercitu; se vocari prædonem, illum verò Regem *&c.*

Notandum hic illud Pyrrhi Epirotarum, quid velit,

Ennius apud Cic. in off. de Pyrrho. *Nec mî aurum pos[...] nec mî pretium dederitis,*

Non cauponantes bellum, sed belligerantes [...] dilatatum voce viua.

Philippus Rex Maced. non putau[...] vrbem vllam bello insupe-

ſuperabilem, in quam onuſtus auro aſinus ingredi poſſet.

Quidam Francorum Rex ſolebat dicere, pugnandum lanceis aureis, Quidam dicuntur victi globis aureis, vel argenteis, id eſt pecunia. *Cic. lib. off.* narrat C. Pontium Samnitem optaſſe viuere, cum Roma pecunia caperetur: facile ſe tum ei extorſurum imperium. *Vide ibi pulcra*.

Romani optimè.

Plutarch. tom. 1. *Vit in Æmylio*] refert omnem prædam deuicti Regis & Regni Macedonici, relatam in ærarium publicum ab Æmylio victore, demptis libris regiis, quos filio ſuo habere permiſit.

Valer. lib. 4. *c.* 3.] Refert Cn. Marcium Coriolanum (à Coriolis victis ſic dictum) cum à Poſthumio Conſ. laudatus, omnibus donis militaribus, & agri centum iugeribus, & 10 captiuorum electione, & totidem ornatis equis, centenario boum grege, argentoque, quantum ſuſtinere valuiſſet, donaretur, nihil ex eis, præter vnius captiui ſalutem hoſpitis, equumque, quo in acie vteretur, accipere voluiſſe.

Idem ibid. & Cic. in off. aiunt M. Curium cænantem in catino ligneo, raphanos torrentem igni, aut ſimilia, Legatos Samnitum aurumque remiſiſſe d. Malle ſe imperare pecunioſis &c. Auro non egere, qui ſic viuere poſſent &c. & *mementote* (ait) *me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi poſſe*.

Idem, fugato Pyrrho, nihil attigit prædæ regiæ, & cum decernerentur ei 50. iugera agri, contentus fuit ſeptenis, inſtar gregarii militis.

Idem ibidem. de Fabritio.

Dux quidam Rom. (Scipionum, ni fallor, aliquis) poſt multa feliciter bello geſta, adeo pauper mortuus eſt, vt ære publico ſepeliri ipſe. & filia nubere, debuerit.

O Roma! ô Roma!

O magnificos Romanos, & beatos, ſi fides acceſſiſſet! Hic exclamationes crebræ fuerunt *&c.*

Ieſus	1 *Ductus* ratione, 2. *Expulſ⁹* amore 3. *Actus* Patris imperio.	& priſci Romani id multa bella	1. *Ducti* ratione, *Pulſi* amore patriæ 3 *Acti* imperio, laudis amore.

Nobiles duces & milites *ducat* ratio. Æquum rependere

Patriæ magnæ matri &c.

Pellat amor proculcatæ Patriæ, Religionis *&c.* non spes stipendiorum, spoliorum, rapinarum &c.

Agat quædam honestæ laudis cupiditas.

Romani nec hostilibus quidem prædis ditari voluerunt: nos spoliis, rapinis *&c.* nostratium &c.

II.

Quod oportunè cunctandum in bellis.

Non laudo præcipitantiam,

Scio Niciam, & Fabium vicisse cunctando: *Vnus homo nobis cunctando restituit rem,* ait Ennius apud Cic. lib. Off.

Sed oportune cunctandum, vt illi.

Maturandum.

Ideo dicitur Christus	1. *Ductus*	Matth. 4.	qu od est lēti grad⁹ quę festinationē significāt	tria hæc concurrētia significant matur asse
	2 *Expuls⁹*	Marci. 1.		
	3 *Actus*	Luc. 4.		

eum ad prælium.

III.

De militum impietate.

Isai 11. referuntur dona 7. Spiritus sancti Spiritus.	1. *Sapientia*	Quæ pietas exercituum in Deum, in patriam, in parentes? quæ militum religio?
	2. *Intellectus*	Sacra æque ac profana diripiuntur *&c.*
	3. *Consilij*	Impius, miles.
	4 *Fortitudinis*	Quis timor Domini, cuius nomen tota die blasphematur? Luxuriis, libidinibus, cædibus, amicorum spoliis delectatur miles *&c.*
	5. *Scientia*	
	6. *Pietatis*	
	7. *Timoris Domini.*	

Mona-

Monasteriis, monachis, sacerdotibus ægre parcitur.

Sacra nec immunda dissidet ara ab hara, ait quidam.

Osee 5.) *Spiritus fornicationis in medio eorum.*

O si aliter.

Exod 32) *Quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem milia!*

Iob. 17.) *Mundis manibus addet fortitudinem.*

Psal. 17.) *Secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.*

2. Machab. 8.) *Iudas Machabæus cum sex milibus peremit centum viginti milia*; quia timor, quia pietas in eo, & in castris.

Iud 15.] *Samson in mandibula asini, occidit mille viros*, dum scilicet esset cum eo Spiritus Domini.

Nil esset opus arietibus, aut flammiuomis, fulmineis, & tonantibus tormentis: vel sono tubæ muri hostium corruerent, more aggeris, post longum gelu, resoluti.

Iosue 6.) Muri Hiericho sub Iosue tubarum sono corruerunt.

In chronicis Gallorum) Quidam Franciæ Rex pius, sua in diuinis rebus reuerentia ac pietate meruit, vt muri castri, quod obsidebat, corruerent, dum missam audit, dum ter dicit *Agnus Dei*, & reuerenter genu flectit,

Virg. 2. Æneid. vox pii Æneæ) *Descendo, ac ducente Deo flammam inter & hostes.*

Progredior, dant tela locum, flammæq; recedunt. &c.

Moribus antiquis res stat Romana, virisq; ait vetus Poëta

D. Aug lib. 5. ciuit. c. 13. Videatur, Vbi refert Catonis sententiam de incremento Reip. Rom.

NOTÆ CONCIONIS VI.

Ductus est Iesus à Spiritu in desertum &c.

Facta repetitione solita, sic propositum.

Dicendum

1. *Quod à, militibus ductis à spiritu non sancto, non sit speranda victoria.*
2. *De verbis (ductus, expulsus actus) quæ Christi tractabilem animum indicant, militibus, ducibus, Colonellis* &c. *imitandum.*
3. *De obedientiæ laude & commodo.*

AVE MARIA.

I.

Quemadmodum post vinum illud, quod sponte ex vuis maturis defluit (guttam primam, vel lachrymam vuæ vocare possumus) optimum ac delicatissimum, elicitur secundum vinum, expressum vi torcularis, nec inutile, nec insuaue: Et veluti aurifaber, postquam è fornace sumpsit liquatam massam auri, vel argenti, postea excutit cineres, ne vel modica auri palea ibi pereat &c. Ita postquā his diebus ex textu nostro sponte fluentia dogmata vobis proposuimus, nunc quæ torculari ingenii, ex eodem exprimi poterunt, proponemus. Nunc post massam auri datam, cinerem excutiemus ne paleæ fortè lateant.

Colligite fragmenta, ne pereant ait Dominus.

Sed primo dicamus.

In militem impium.

Non posse sperari victoriam à milite auaro, raptore, libidinoso *&c.* qui in spiritu auaritiæ, licentiæ & libertatis *&c.* ductus in militiam venit.

*j. Quoniam deest voluntas & intentio vincendi.

In omni negotio rectè agendo, opus intentione illud rectè agendi, & contentione animi. Quis bene oret Deum, oret ad pop. si non intendit, nec contendit vt recte agat?

Apelles Pictor aliud intuens, quomodo effingat Alexandrum suum.

Miles frequenter venit vt prædetur *&c.* vt omnia liceant: Ergo.

Ioan. 10 Mercenarius, & qui non est pastor, videt lupum venientem, & fugit &c.

* ij. Quod in eo statu est (vt loquuntur) in quo non ausit mori

mori, ne anima ſimul cum corpore, mortem ſecundam oppetat. Cogitat vel nequiſſimus (dum pugnaturo occurrit mortis imago) ſua ſcelera; hæc feci, & hæc *&c.* trepidat ergo, fugit, ne ſic occumbat. Aliter multo qui nullius ſceleris conſcius.

Horat. *Iuſtum & tenacem propoſiti virum,*
Impauidum ferient ruinæ.

*iij Quod imbellis ebrietate & libidine redditur, & ſi ſcelere ſuo in acie non terrebitur.

Vt Venus eneruat vires, ſic copia Bacchi.
Debilitat greſſus debilitatque pedes.

Animus pugnaturi effæminatur, frangitur amore meretriculæ, quæ deſeritur: meretriculæ eiulantis, & dicentis, audito taratantara: Cur te is perditum? *&c.*

Melius olim.

Valer. lib. 1. *c.* Refert Coruelium Scipionem in Hiſp. miſſum omnes meretrices è caſtris ſuis relegâſſe.

Soldanus dicitur occidiſſe hiſtriones ad 12. millia, ne miles effæminaretur.

*iiij. Quod miles talis Deum, quem irritauit ſceleribus, hoſtem habeat, quo ſtante pro nobis, quis contra nos? aduerſante, quis iuuet nos?

Iudith 5. Dicitur Achior conſuluiſſe Holoferni, vt antè quàm, adoriretur Iſraëlem, reſciret, An Deus eſſet ei infenſus ob ſcelera, necne, inde enim pendêre belli aleam.

Num 24. *&* 25. Balach in acie exercitus, oppoſuit formoſas mulieres Iſraeli, vt peccans Iſrael cum eis vinceretur.

2. Machab. vlt.] *Dat Deus dignis victoriam*

Sap. *Armabit creaturam Zelus illius* &c *pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.*

Excitat Deus vltor pluuias, ſiccitates, gelu, calores, lucem, tenebras importunas, in exercitus peccatorum.

Durum Pharaonem refluum mare deglutiuit, cum milite.

Excitat militum ſeditiones *&c.*

Regnante Ioſaphat, Ammonitæ & Idumæi ſe mutuo interfecerunt.

Cadmea victoria prou.

Virg. 2. Æneid.) *Heu nihil inuitis fas quemquam fidere Diuis!*

1. *Æneid.*) Pallas dicitur ob ſtuprum admiſſum ab Aiace in templo, redeuntem claſſem eius Troiâ euersâ, ſubmerſiſſe in mari.

Diſiecitq; rates.

Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei &c.

Ab Angelo, totus blaſphemi Sennacherib, exercitus conſtans milibus 185 cæditur.

Si Deus pro nobis, quis contra nos? Sed ſi Deus contra, quis propugnet?

Pijs omnia ſecunda.

Deus, & Angeli, & elementa pugnāt pro eis.

2. *Mach.* 10) Iuda Machabæo pugnante in Timothæum, apparuerunt hoſtibus de cælo viri quinque in equis, frænis aureis decori, Iudæis ducatum præſtantes, quorum duo Machabæum medium habentes circumſeptum incolumem conſeruabant armis ſuis, & in aduerſarios tela ac fulmina iaciebant.

C. 10.) Cum idem egrederetur in Lyſiam è Hieruſalem, apparuit eques præcedens, veſte candida, armis aureis, haſtam vibrans.

Virgil. 2. Æneid. Vox pii Æneæ) *Deſcendo ac ducente Deo &c.* vt ſup.

Ioſue imperante ſtetit ſol occidens, ne deeſſet lux commoda ſternendis hoſtibus.

Ioſue perſequente hoſtes, lapides è cælo iacti.

II.

De varietate Euangeliſtarum.

*j. Non fruſtra dicit

- Matthæ' c. 4.
- Marc. 1.
- Luc. 4.

1. *Ductum ſapientem*, imo ſapientiam Dei
2. *Expulſum fortem*; fortitudinem Dei
3. *Actum Imperatorem* Orbis, æqualem Patri,

1. Duce-

1. *Ducere* est dirigere	1. *Ducitur ignorans*	à perito
2. *Impellere* est Vrgere,	2. *Impellitur debilis*	à fortiori
3. *Agere* est iuuare, gubernare	3. *Agitur subditus*	â Dño

Virg. 1. Æneid.] *Tros Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur.* Christi humilitas ostenditur; qui sapientia, fortitudo, Maiestas voluit *duci expelli agi*;

Invehendum in nonnullos milites, qui volunt, *ducere, impellere, agere*, alios; à nemine *duci, impelli, agi*; Natio vna vult aliam præire *&c.* Nolunt quidam militare, *duci, impelli, agi* à tali vel tali *&c.* Huius iste non vult cõsiliũ sequi &c.

Nec quemquam iam ferre potest Cæsar ve priorem.

Pompeiusue parem, ait Lucanus lib 1. Pharf.

Quidni nobilis imbellis, imperitus &c. Natio meticulosior à	Peritiori	*ducatur*?
	Fortiori	*impellatur*?
	Superiori	*agatur*?

Aries dux gregis, cornutus. Elephantum maximè senex ductor: Apum duplo cæteris maior.

1. *Reg.* 9. Saul ab humero eminebat *&c.* in Israel similis illi non erat.

Dauid ducem creauit Ioab, quod primus percussisset Iebusæos, primus Hierusalem intrasset obsessam, primus domatum fistulas terigisset.

Tribus Iuda, à qua Iudæi, nobilitata quod cæteris reformidantibus, prima rubrum mare ingredi ausa.

Prou. *Fortiores oues vel cerui, duce Leone, quam Leones duce ceruo.*

Hæc contra nostros milites qui ante Ambianos, de dextro & sinistro cornu vel latere disputantes, sic rem perdidisse dicuntur.

* ij. Forte etiam dicitur Spiritus Sanctus.	1. *Duxisse,*	Christum, quod in bello	Non sit op⁹ festinatione, nec tarditate nimia, sed maturitate.
	2. *Expulisse,*		
	3. *Egisse.*		

Ducere tarditatem vel lentitudinem videtur notare; *Expellere* autem & *agere*, festinationem: Tria autem dicta sunt, vt significent maturitatem, lentam festinationem, verbo alio aliud temperante.

Ennius apud Cic. in off.] *Vnus homo nobis cunctando, &c.*
Sed etiam lego: *nocuit differre paratis.*

* iij. vel tria hæc dicta.	1. *Ducere,* 2. *Pellere,* 3. *Agere.*	quod Spiritus Sanctus.	*doceat intellectum,* *moueat & impellat voluntatem,* *& opus ipsum secundet.*

III.

De obedientiæ laude.

Quia Christus hîc describitur talis agnus, tam obediens, vt non refugerit	1. *Duci.* 2. *Expelli.* 3. *Agi:*	pauca dicamus de Obedientia.

1. *Reg 25*] *Melior obedientia quàm victima.*

Ratio D. Gregor. Quia in victimis aliena caro, in obedientia voluntas propria mactatur (prou. gall. *faire large courroye du cuyr d'autruy.*)

A Iucundo.

Verus obediens viuit sine solicitudine, alienis curis & imperiis dirigitur, vt mercator in naui, vel in curru positus, quem solicitudo aurigæ & Nauitæ deducit, etiam dormientem, ad portum.

Ab vtili.

Obedientia, homini omnia subiicit.

Homo obediens Deo, habebat sibi carnem suam, omnesque bestias subditas.

Quod nunc animantia bruta, quòd caro ipsa homini recalcitrant, de Adæ inobedientia natum.

D. Aug. *Vis seruiat caro tua anima tua, Deo seruiat anima tua, debes regi, vt possis regere.*

Psal. *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.*

Prou. 21.] *Testis mendax peribit, vir obediens loquetur victoriam.*

Psal. 90. *Qui habitat in adiutorio &c. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.*

Marci vlt.]

Marci vlt.] *Signa eos qui crediderint* (intellectum subiiciendo rebus fidei, per obedientiam,& obediendo præceptis meis,quod est fide formata credere) *Serpentes tollent , & si mortiferum quid biberint , non eis nocebit.*

D. Benedictus vas intoxicatum , signo crucis confregit.

S. Remaclus(vt audii ab incolis loci) aquas Spadanas antea noxias fecit medicas, vestigium pedis eius (vt dicebatur) vidi in lapidem fonti conterminum,alte impressum, quasi in mollem ceram.

Antiphona de B.Francisco] *Hic creaturis imperat qui nutui subiecerat se totum Creatoris , quicquid in rebus reperit delectamenti,regerit in gloriam factoris.*

Homo obediens imperat Dæmonibus:

Marci vlt.] *Qui crediderint , in nomine meo Dæmonia eiicient.*

Anastasius monachus dicitur centum dæmones habuisse, quatuor annis , ad tentationem , & iis (postquam Deo parens,viriliter tentationibus restitisset, & se à Deo *duci , pelli, agi* vt vellet,non refugisset) vsus esse postea obedientibus & subiectis , adeo vt eorum operis , præcepto Anastasii cogente,constructum sit monasterium capax centum monachorum,cum officinis omnibus , deductæquè aquæ procul , per ductus subterraneos.

Deo leges quodammodo ponit.

Iosue. Stetit Sol,obediente Deo voci hominis.

Exod. 32. *Dimitte me vt irascatur furor meus* , dicit Deus Moysi seruo obedientissimo.

Psal. 144.] *Voluntatem timentium se faciet.*

Quia enim ipsi dimittunt eius amore ,voluntates suas:etiam Deus,in eorum gratiam,sæpe dimittit suas.

Ab exemplis.

In Angelis obedientia mutua : Alii aliis parent,alii ab aliis discunt.

Jn cœlis. A primo mobili, alii mouentur.

Firmamentum secum ducit planetas,contra cursum proprium.

Lunam mare sequitur,fluit,& refluit, agitatur, componitur,regulatur à Luna.

Animantia quadrupedia, Regem habent leonem.

Volatilia, Aquilam.

Elephantes vnum suæ speciei. Apes similiter. Grues ducem sequuntur, Oues arietem,

Matth, 8] *Venti & mare obediunt ei.*

Origenes homil. in diuers. in hunc locum hinc confundit humanam superbiam egregie *vide locum.*

A seculo confregisti iugum, & dixisti non seruiam.
Ipse eques, ipse pedes. signifer ipsus ero.

Act. 7. *Vos semper Spiritui sancto restitistis.*

Pœna.

1. *Reg* 15.] Saul non paruit Deo in excidio Amalech, &c.

1. Reg. 6. ideo] *Spiritus nequam exagitabat Saul.*

1. Machab. 7) Vnus septem fratrum ad Antiochum. *Tu ne existimes tibi impune futurum, quod contra Deum pugnare tentaueris.*

Varia.

Seneca ait generosum hominis animum, vt duci velit non trahi.

Rom. 8. *Quicunque Spiritu Dei aguntur, hi sunt Filii Dei.*

Vel trahamur Saltem triplici funiculo. Vel certe pellamur triplici verbere.	1. *Belli* 2. *Famis* 3. *Pestis*	Nam vel asinus cæsus & pulsatus ambulat.

Si duci nolumus vt oues Christi more Christi, si nec agi vt equi & nobiliora animantia, pellamur saltem vt asini.

Cant. *Trahe me, post te curremus.*

Psal. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.*

Ioan. *Oues meæ vocem meam audiunt.*

Eccli. 18.) *Post concupiscentias tuas non eas, á voluntate tua auertere.*

Ἑπου θεῷ *Sequere Deum.* Obtempera rationis quasi oraculo.

D. Ambros. lib. 1. de Abraham Patriarcha c. 2. Hinc laudat Abraham. Adag. *Deo praeunte, nullus officit obex.*

NOTÆ

NOTÆ CONCIONIS VII.

De loco tentationis Christi.

Ductus est Iesus à Spiritu in desertum.

Facta repetitione consueta, sic propositum.

Dicendum
1. *Quod fuerit desertum, in quod Christus ductus fuit.*
2. *Respondendum ijs, qui putent ei desertum non fuisse adeundum.*
3. *Quæ illi causa adeundi deserti.*

AVE MARIA.

I.

Plato in Timæo.] *Nihil habet ortum, cuius causa legitima non præcesserit.*

2. Physic.] *Causa finalis prima in intentione, vltima in executione.*

Causa domus finalis, vt sit asylum homini, contra cæli iniurias pluuiam, æstum &c.

Deus ergo nihil facit frustra, nec natura. Quæ igitur causa Christo deserti adeundi, quærendum. Sed primo,

Quod desertum?

Hebraicè (vt quibusdam placet) vocatur *Dommin* quod si interpreteris, significat *rubram* siue *ascensum ruforum*, quod scilicet crebris cædibus viatorum à latronibus, terra rubuerit sanguine humano.

Dicitur esse mons miræ altitudinis inter Hierusalem & Hiericho, distans ab Hiericho duobus miliaribus, ab Hierusalem duodecim, aut circiter.

Luc. 10.) *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones &c.* fortè de loco illo intelligitur, & parabolicè de spolio & cæde gẽeris humani in Adão, 1. *Reg.* 17. Dommin fit mentio.

Locus hic videtur, fuisse admodum hominibus desertus, quod ibi essent feræ & bestiæ, Nam Marc. c. 1. ait. *Eratque cum bestijs.*

Psal.

Psal. *In loco horroris & vasta solitudinis.*
Psal. *In terra diserta inuia & inaquosa &c.*

II.

Desertum, campus conueniens huic duello.

Videtur desertum, Christo non fuisse quærendum.

j. *D. Thom. 3. p. q. 41. art. 2.* Primo, quia tentabatur propter exemplum nostrum. Sed exemplum debet manifeste proponi. Ergo melius fuisset in vrbe frequenti tentari.

ij. Videtur quod sic se exposuit tentationi, quæ magis fit in solitudine.

Chrysost. tom. 2. homil. 13. in Matth. 4.] *Tunc maxime aliquos Diabolus aggreditur, cum solos videbit, atque ab aliis segregatos. Sic denique mulierem ab initio aggressus est, solam illam excipiens, atque à viro inueniens separatam.* Theophylactus consentit.

Videri posset, quærendas etiam tentationes eius exemplo (quod diximus periculosum, & tentationum occasiones maxime fugiendas.)

j. Resp. D. Thom. ibid. fuisse in exemplum per fidem. *Fides autem ex auditu.* Rom. 10.

Ioan. 20.] *Beati qui non viderunt &c.*

Et in Exemplum sunt facta heroum, non solum à nobis visa, sed & ab aliis fideliter narrata. Facta Scipionum, Cæsarum &c. hoc modo vocamus exempla. Christus autem sciebat se habiturum scriptores, & historicos rerum suarum, quorum diligentia, res hæ & victoriæ fierent nobis in exemplum. Itaque bene Christus desertum &c.

ij. Duplex tentationis occasio. 1. cum homo peccato se propinquum facit, occasiones peccandi non euitans, & hæc vitanda.

Loth. 19.) *Ne steteris in omni regione circa Sodomam.*

Alia ex parte Diaboli, qui semper ad meliora tendentibus inuidet. Hæc non vitanda. Alioqui omne opus bonum vitandum,

dum, quod est desertum quo ad carnem & mundum, quia non est secundum voluntatem carnis & mundi. Talem occasionem dare hosti, non est periculosum.

Vti Scandalum datum fugiendum, acceptum vero ex bono, non item: Ita tentationum causæ malæ, bonæ non item.

Adire autem desertum, fuit tentationis occasio secundi generis ergo.

III.

Causæ Christo adeundi deserti.

I.

Vegetius lib. 3. de re militari c. 10.) *Bonus Dux collocat armatos suos ad transitus fluuiorum, ad præcipitia montium, ad syluarum angusta, ad paludũ aut viarũ difficultates &c.* Idem lib. 3. c. 13.) *Bonum ducem conuenit nosse, magnam partem victoriæ ipsum locum, in quo dimicandum est possidere... Conserturus manum primum auxilium capias ex loco, qui tanto vtilior iudicatur, quanto superior fuerit occupatus. In subiectos enim vehementius tela descendunt, & maiore impetu obnitentes pars altior pellit. Qui aduerso nititur cliuo, duplex subit cum loco & hoste certamen.*

Prodest inuadere hostem, vbi procul sit ab auxilii, & præsidii loco.

Christus vt bonus Dux, elegit prælio locum, iure suo, permissa hosti electione armorum offensiuorum (vt sic dicam) communi consuetudine duellantium, quorum vnus eligit arma, alter locum: vel vnus prouocat in arenam, alius eligit armorum genus, vel cæstus, vel hastam &c.

Virgil. 5. Æneid.) *Sed si nostra Dares hæc Troïus arma recusat &c.*

Locum autem eligit Christus remotum ab hostis præsidiis, ab vrbibus, castellis &c. vbi hosti multæ auxiliares copiæ.

Hugo de claus. animæ lib. 1. ait esse 4. tentationum causas.

*j. Loci amœnitatem, & oppida quæ non tantum ex situ loci amœnitatem recipiunt, sed ex inhabitantium gratia.

ij. Locum diuitiarum. Vbi diuitiæ, ibi periculum: Vbi diuitiæ, ibi spinæ, latebræ colubrorum, bufonum &c. vitiorum.

*iij. Pretiosum ornatum, vestimentorum exquisitas varietates.

Ouid. *Auferimur cultu, gemmis auroq; teguntur*
Omnia, pars minima est ipsa puella sui
Decipit hac oculos ægide diues Amor Hæc in vrbibus.

Matth. 11. *Qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt.*

*iiij. Mulierum speciem, quarum vox blanditur auribus, oculus oculis, facies &c.

Cant. *Oculi tui auolare me fecerunt.*

In desertis, aeris quædam intemperies, loci mille incommoda:

Rerum egestas:

Omnia inculta, deserta, quia ibi non est mutuum videre & videri.

Ibi nihil aspectui delectabile, nihil auribus: ibi bestiæ; *eratq; cum bestiis* Marc. 1. ibi monstra deformia, Fauni, Satyrique bicornes; vt habet. D. *Hierony in vita D. Pauli Erem.*

Mille præsidia habet hostis in vrbe.

Vrbes habent vanam gloriam: ambitionem apertam, adulationem fraudulentam, detractionem mendacem, æmulationem macrescentem, consortia prauorum, omnia stantia à parte Dæmonis in Deum.

Omnes sensus nostri fauent Diabolo contra nos in vrbe: Oculi per aspectus impudicos: nares per lasciuos odoratus: manus per tactus illicitos, lingua per verba Venerea, detractoria &c. os per crapulam & ebrietatem: pedes per spatiationem curiosam.

Irascibilis, impugnat per impatientiam.

Concupiscibilis, per vana desyderia.

Intellectus, per seculares cogitationes, occupationes &c.

Affectus, per passiones carnales.

Ibi adolescens insidiatur adolescentulæ: ibi vir religiosus lauda-

laudatur cum periculo: Doctus vituperatur iniuria, nobilis epulatur quotidie splendide, ab omnibus adorantur diuites, & diuitiæ.

D. *Antonius.* aiebat, solitarios à tribus bellis liberatos, visus, auditus, locutionis, remanere eis pugnam cordis propter Dæmones infestantes.

De D. Bapt. canit Ecclesia.] *Antra deserti teneris sub annis,*
Ciuium turmas fugiens petisti.
Ne leui saltem maculare vitam
Famine posses.

Desertum ergo adiit Christus sancto artificio, vt ibi pugnaret cum Diabolo, vbi mundus, & caro ferre non possent suppetias, quanquam humana cohabitatio sanctitati eius nihil incommodaret.

II.

Vt hostem vnum, aggrediendo, alios, opportune fugiendo vinceret.

Parthi fugientes, dexterrime in hostem iaculantur, & fuga sæpe vincunt.

Diabolus vincitur resistendo.

Iac. *Resistite Diabolo, & fugiet à vobis.*

Mundus vero & caro, fugiendo.

Hierem. 51.] *Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisque animam suam.*

Timoth. *Iuuenilia desideria fuge.*

Ezech. 7) *Saluabuntur qui fugerint ex eis, & erunt in montibus quasi columbæ.*

Fugite fornicationem De hoc latius tom. 3. Acad. nostræ in illud, de prodigo. *Et abiit, & adhæsit vni ciuium* Lect. 1.

Ne sis vbi luditur, bibitur, iuratur, &c. si vis vincere, *Parthico more, & more Christi pugnandum.* Adeundo desertum, tres hostes vincit Christus, Diabolum, quem inuadit; Mundum & carnem, quos fugit.

D. Greg. homil. 9. in Ezech.] *Infirmi debent vitare societatem prauorum, ne mala quæ frequenter aspiciunt, & corrigere non valent, delectentur imitari.*

D. Amb-

D. Ambros, lib. 4. in Luc. c. 4.] *Consilio* (sc. adiit desertum) *vt Diabolum prouocaret. Nam nisi ille* (scilicet Diabolum) *certaßet, non mihi iste vicisset, Mysterio, vt illum Adam de exilio liberaret*, (qui S. de Paradiso in exilium eiectus erat) *Exemplo, vt ostenderet nobis, Diabolum ad meliora tendentibus inuidere.*

III.

Vt prædam quam quærebat, in loco suo inueniret. Præda quæsita Adam & nos: Adam, de Paradiso eiectus fuerat in desertum huius mundi. Genes, 3.

Quærendæ singulæ prædæ locis suis, piscis in mari, auis in aëre.

Leo in. syluis &c. *Scit bene venator, ceruis vbi retia tendat &c.* Ouid.

IIII.

Vt vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret, & qui in ligno vincebat *&c.* ait D. Gregor. de passione Christi in cruce potius, quàm gladio. Mors nostra orta inter ligna: inter ligna & syluas, vitam ieiunio & victoriâ suâ, vult reddere.

Solent iudices, eodem in loco, suspendio necare fures, latrones, proditores, vbi crimina perpetrârunt &c.

Lib. reg. Iezabelis sanguinem lingunt canes, in eodem aro in quo Naboth cæsus.

Luc. 10. Desertum transiens homo inciderat in latrones, spoliatus, displagatus *&c.* inter ligna paradisi

Dant. *Sub arbore malo* &c. *ibi corrupta est genètrix tua.*

In eodem, vel simili deserto, iugulandus erat ille homicida ab initio.

D. Chrysost. hom. 5. in Matth. 4. ex variis in Matth. ad illud. Non in solo pane *Vt quia iamdudum ipse Diabolus Adã in paradiso vicerat. nunc à Domino in solitudine vinceretur.*

V.

Quod multa grauia scelera perpetrata in deserto, maximè à filiis Israel quibus specialiter ieiunauit, vicit & passus est.

Genes. 4.] Ait Cain fratri: Egrediamur foras: Cumque essent in agro, insurrexit, occidit, cælare voluit &c.

Rupertus

Rupertus lib 3 de gloria & honore filii hominis in 4. Matth.] Notat peccata actualia Israelitarum in deserto, post egressum ex Ægypto, quibus ait respondere trinam Christi victoriam.

*j. *Exod* 16. Murmurant pro panibus, *Vtinam* (inquiunt) *mortui essemus in Ægypto, quando sedebamus &c*

Psal. 77. *Nunquid Deus poterit parare mensa in deserto*: Dato manna, bis peccarunt. 1. reseruantes in mane, vnde vermes scaturiebant; 2. Sabbatho colligere uolentes, sed nō inuenientes.

Christus esuriens vincit abstinendo.

*ij. *Exod.* 17.] In deserto Syn in Raphidim, murmurat ob aquæ penuriam: *Da nobis aquam, vt bibamus &c.* nomen loci tentatio, quia dixerunt: *Estne Dominus in nobis, an non?*

Num. 20. Rursus, vbi Moyses & Aaron inciderunt in tentationem dicentes: *Num de petra hac vobis aquam poterimus eÿcere?* Vitiū hoc pop., fuit curiositatis. Illud Christus vicit, non tentando Dominum, nec se præcipitando.

* *iÿ Exod.* 32. Absente Moyse quasi magistro, surrexerunt ludere, vitulum aureum conflauêre &c.

Rupertus lib. 3. de gloria & hon. filii hom. in 4. Matth.] *Tunc reuera populus cecidit, & in forma vituli Diabolum adorauit.*

Verus autem Israelita Christus, nec propositis præmiis adorauit.

VI.

Forte etiam eâdem de causâ, quâ extra portas Hierusalem pati voluit, vt omnibus commune & patens ieiunii pugnæ victoriæ suæ meritum ostenderet, non clausum muris, quasi Hierosolymitanorum proprium.

Heb. 14.] *Iesus vt sanctificaret pop. scilicet extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra* &c.

VII.

Adde, quod commune duellis, vt extra portas fiant.

1. *Reg.* 17.] Dauid egreditur in Goliath &c Æneas in Turnum Æneid. 12. Dares in Entellum. Æneid 5.

VIII.

Vt nusquam essemus securi, nec in vrbe, nec in solitudine;

nec in desertis monasteriorum,

1. Reg. 23. dicit Saul de Dauide. *Quod si etiam in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda.*

Et c. 24] *Perrexit ad inuestigandum Dauid & viros eius. etiam super abruptissimas petras quæ solis ibicibus peruiæ sũt.*

Tentatus Christus in deserto, in ciuitate, in sancto loco.

NOTÆ CONCIONIS VIII.

Ductus est Iesus à Spiritu in desertum

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum:
1. *De quibusdam alijs causis adeundi deserti Christo.*
2. *An solitaria vita sit bona, Si bona, an melior & securior sociali.*
3. *Quæ bona ex solitudine, ipsius capacibus.*

AVE MARIA.

I.

¶ De aliis causis Christo, adeundi deserti.

In deserto nunc sumus (.i. in voce deserti) sed habent etiam deserta flores suos. *Ego flos campi & lilium conuallium* in Cant. Et hoc Christi desertum dabit flores suos, & lilia documentorum.

Quid ergo rursus mouit Christum *&c.*

*j. Consuetudo duellantium, qui solent à castris & vrbibus egredi, vt sic *&c.*

*ij. Figura: vt veritas ibi compleretur (vel in loco sat simili) vbi quo figura præcesserat.

Dauid in multis fig. Christi; Goliath Sathanæ.

1. Reg 17.] Singulare autem certamen vtriusque factum in finibus Dommim vbi Philisthijm castrametatus erat. *Philisthijm stabant super montem ex parte hac, & Israel stabat supra montem ex altera parte, vallisque erat inter eos.*

*iij. Vt

*iij. Vt vitam eremiticam consecraret, ac probaret contra hæreticos, qui Eremitas & Monachos nolunt.

Vt probauit circuncisionem eam suscipiendo: Virginitatem, eam colendo; nuptias ex virgine marita nascendo, præsentia sua eas & miraculo, honorando; vitam communem & socialem, socialiter viuendo, quandam speciem belli iusti, flagello eiiciendo è templo vendentes & ementes *&c.* ita modo in eremo, viuendo solitudinem.

*iiij. Et mox à baptismo, vt innueret iustificatos per bapt. confessionem, Eucharist. *&c.* non statim se ad exteriora effundere debere, non ad societates, conuiuia, spectacula, choreas *&c.* sed apud se agere.

Os vasis vinarii clauditur, ne vis vini pereat.

Item species aromaticæ conduntur, ne euolent; aut gratia pereat.

Gratiam Dei habes in vase fictili, & non claudes solitudine fenestras tuas *&c.*

Cypria. ser. de ieiunio. & tentat. Christi] *Vt munitiorem esse mentem solitudine ostenderet.*

II.

De vitâ solitariâ & sociali.

An vita solitaria bona.

Videtur quod non.

Seneca. ep.25. *Omnia nobis mala solitudo persuadet.*

Arist. lib. 1. politicorum c. 3.) *Homo solitarius aut bestia, aut Deus.* j. diuinus, vtpote virtutem habens in gradu heroico, j. perfecto.

Aut nullo indiget, aut nulli conuenit.

Gen. 2. *Non est bonum hominem esse solum.*

Eccl. 4. *Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subl. se.*

Daniel. 13. Solitudo audacem facit malitiam: Senes Susannæ dicunt; *Nemo nos videt &c.*

Respondendum, duo genera hominum: vnum, bene cōplexionati corporis, & animo studiosum virtutis, & exercitatum. Alterum melancholicum, delicatum, per se non suffi-

ciens, egens doctrina, exemplo & correctione. Primo generi, bona solitudo: solitarius huius generis, fiet semideus (vt sic dicam) solitudine: secundo generi, non bona: & de hoc verum dicere. *Omnia mala docuit solitudo: aut Deus aut bestia &c* Væ soli *&c*

Multa ergo requiruntur ad vitam solitariam.

Personæ dispositio consistens in tribus. { 1. *Complexionis conuenientia.* 2. *Asperitatis tolerantia,* 3 *Per se sufficientia.* }

*1. *Complexionis conuenientia,* vt non sit complexionis melancholicæ; qui enim habent obscura fantasmata, & capita debilis cerebri, facilè infatuantur secundum. *Philos. lib. de somno & Vigilia,* & inerrores labuntur, nisi iuuentur conuictu hominum.

*2. *Asperitatis tolerantia,* vt possit quæcunque dura sustinere, sit fortis, non tener eremita.

Exod 16. molles Israelitæ in in solitudine; *Vtinã essemus* (aiunt) *in Ægypto* &c.

*3. *Per se sufficientiã,* quæ (secundum Andronicum) est habitus determinatus eorum, quæ ad viuere conueniunt, vt videlicet homo hoc possit, sine adminiculo societatis humanæ.

Tria, quorum causâ, homo indigus est societatis humanæ, { 1. *Doctrina,* 2. *Exemplum,* 3. *Correctio mali.* }

Est enim difficile cuique vitia sua nosse, vel etiam corrigere, propter reflexionem naturæ ad seipsam, philautiam vocant. Et difficile, vnũ scire omnia seu agenda, seu fugienda.

Ineruditis ergo, & bardis, quique semper opus habent exemplari, & alienæ correctionis lima non bona est solitudo; Aliis optima.

Quod autem ex Genesi allatum, *Non est bonum hominem esse solum &c.* id non respicit bonitatem moris, sed naturæ, quod scilicet triste futurum esset homini si solus foret; tùm quod malum id esset, id est contrarium speciei conseruationi, & indiuiduorum multiplicationi.

Vtra

Vtra perfectior, solitaria eremitica, an Cœnobitica.

Affirmatiuè solitaria. Quia quod est solitarium, debet esse sibi ipsi sufficiens per se: huiusmodi autem est, cui nihil deest, quod pertinet ad rationem perfecti: ideo solitudo competit illi, qui iam ad perfectum peruenit, quod solo munere diuino conceditur.

Baptista plenus Spiritu sancto in deserto.

Christus iam erat baptizatus, & implêrat omnem iustitiam.

Secunda conclusio. Vita viuentiũ in societate est securior: Nam homo ex aliorum societate iuuatur, ad exercitium virtutis, & ad instructionem, & directionem affectuum, qui noxii, sæpe aliorum exemplo & correctione reprimuntur.

D. Hieron. 3. p. epist. ep. 39 ad Rusticum monachum] *Mihi placet, vt habeas sacrum contuberniũ nec ipse te doceas.*

Vide cap 1. reg. D. Benedicti. De diuersis generibus monachorum.

III.

¶ *Quæ bona solitudinis capacibus.*

*j. *Solitudo* inde commendabilis, quod à Deo authore & consultore.

Ciuitates ædificatæ primùm à peccatoribus.

Genes. 4. *Cum ædificauit ciuitatem, vocauitq; nomen eius ex nomine filii sui Henoch.*

Genes. 11. *Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmẽ pertigat ad cælũ.* Dixerũt reliquiæ diluuii pessimæ.

Deus vocat ad solitudinem.

Genes. 12.] *Egredere de terra, & de cognat.*

Psal. 44.] *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere pop. tuum, & concupiscet Rex decorem tuum.*

Isai. 40.] *Rectas facite semitas Dei nostri in solitudine.*

Exod, 5.] *Dimitte pop. meum, vt sacrificet mihi in deserto.*

Hierem. 51] *Fugite de medio Babylonis, saluet vnusquisque animam suam.*

Osee.22.) *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.*

3 Reg.17.) *Dixit Dominus Helia recede hinc, & vade in Orientem & abscondere in torrente Carith, qui est contra Iordanem.*

Matth.4.) *Christus ductus est à Spiritu sancto in desertum.*

Vincent. spec. hist. lib. 18. c. 63. refert Arsenium quondam Arcadii & Honorii Imperatorum pædagogum, postea Abbatem audisse vocem è cœlo dicētem: *Arseni fuge, tace, quiesce.*

*ii Seneca [illegible]p.7.) *Quid tibi vitandum præcipue existimem, quæris? Turbam.*

* iii *Quod pro omnibus quæsita.*

Dauid. Psal 54. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam: Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.*

Psal.62. *In terra deserta inuia & inaquosa sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.*

Psal. *Similis factus sum pelicano solitudinis, & factus sum sicut nycticorax in domicilio.*

Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Isid. lib.12. etymol c 7.]Pelicanus est auis Ægypti habitans in solitudine, iuxta fluuium Nili. Cassiodorus ait esse Ciconiæ magnitudine.

Hierem. 9.) *Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum derelinquam pop. meum, & recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt cœtus prænaricatorum.*

B. Virgo, amantissima solitudinis, sola in penetralibus, quam solam Angelus salutauit. Abiit in montana cum festinatione, ne cuiquam occursaret.

Matth. *Christus ascendit in montem solus orare.*
Alibi, *auulsus a discipulis*

Hebr.11. *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egētes angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinib⁹ errātes, in mōtibus & speluncis, & cauernis terræ.*

D. Hierony. 3. p.ep. ep. 39. ad Rusticum Monachum quæ incipit, Nihil Christiano fœlicius.) *Mihi oppidum carcer, & solitudo Paradisus.*

Arsenius, cum eum Theophilus Alex. vrbis Episc. eiusq; so-

socii rogâssent, aliquem diceret Spiritualis doctrinæ sermonem, respondit se facturum, si ibi, quod ab eis postularet, & ipsi concederent.

Illis annuentibus, ait: *Hoc à vobis flagito vt vbicunque Arsenium esse audieritis, eo nunquam accedatis.* Cumque iterum idem Theophilus facultatem illius adeundi per nuntium petiisset, respondit: *Quod postulas concedam, sed tamen hoc loco cedam.*

Idem interrogatus à quodam Abbate cur sic, cum ab aliis ipse non periclitaretur, alii ab eo iuuari possent, ait: *Se cum Deo & hominibus simul omnino esse non posse: Non posse se diuidi Deo & hominibus. Deo facilius placere, quam istis: Hominibus infinitas voluntates.* Vide Surium tom. 4. in vita eius.

D. Bonau. in vita D. Francisci] *Solitaria loca quærebat* (S. Pater noster) *amica mæroribus.*

Seu. Sulpitius dial. lib. 2. c. 13. Virginem quandam, quæ se ab omnium oculis remouerat, transiens per locum S. Martinus loci Episcopus inuisere voluit. Illa per alteram mulierem se excusans, nec ab eo videri voluit, quod ille æque tulit, & laudauit vehementer.

Plato, in Academiæ solitudine philosophatur.

Quintil. lib. 10, instit. c. 3.) Demosthenes se in locum vnde nulla exaudiri vox, nihilque prospici posset, recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi.

Vide Plutarch. in Vita Demost.

*iiii. *Quod solitudo fons diuinorum beneficiorum.*

Isai, 51. *Ponit desertum quasi delicias, & solitudinem quasi hortum Domini.*

Isai. 35. *Exultabit solitudo, florebit, quasi lilium, germinans germinabit.* Exultabit gaudio, florebit puritate vitæ, germinabit bonis operibus.

Psal. *Pinguescent speciosa deserti.*

Isai. 54.) *Multi filii desertæ magis, quã eius, quæ habet Virũ.*

Ioel. 2.) *Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt speciosa deserti.*

Isai. 41. *Ponam desertum in stagna aquarum, dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ.*

Thren. 1.] *Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.*

Isai. *Super quem requiescet Spiritus meus? super quietũ* &c.

Genes. 21. Agar in solitudine, habet Angelum consolatorem & consultorem.

Genes. 28] Iacob fugiens fratrem Esau, arripiens iter Haram, inclinatâ iam die, dormiens in solitudine, vidit scalam & Angelos *&c.*

Ostenditur illi Christus ex eo nasciturus, ac descensurus tanquam ex scala, cuius gradus primus esset Abraham, secundus Isaac, tertius Iacob, *&c.* vt narrat Matth. veniens tandem ad Christum in summitate scalæ.

Genes. 18. Videt Abraham Angelos solus in valle Manbre: soli & egresso domo, narratur excidium futurum Sodomorum &c.

Exod. 3. in solitudine pascens gregem Moyses videt rubum ardentem, & discit mysterium *&c.* ibi fit Legatus Dei, Dux pop.

Exod. 19. In monte Sinai solus loquitur cum Deo, vt amicus amico.

Exod. 16.] *Respexit ad solitudinem, & ecce gloria Domini apparuit.*

3. *Reg.* 19. Elias in solitudine Bethsabe Iuda Angelo consolatore vsus, pane & carne à coruis pastus.

3. *Reg.* 16. Helias solus in spelunca videt Deum.

4. *Reg.* 2. Helisæus in solitudine accipit duplicem Spiritum Eliæ.

Isai. 6. Solus Isaias videt Seraphin, ab eoque, carbone mundatur.

B. Maria virgo sola in penetralibus, quam nemo videret &c. (*vt loquitur D. Ambros.*) ab Angelo salutatur, mater Dei eligitur.

Luc. 3. F*actum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in desertum.*

In solitudine, videt Iesum venientem ad se, baptizat &c.

Act. 1. Apostoli recipiunt Spiritum sanctum in cubiculo, vbi erant sedentes.

Act. 8. Eunnchus Candacis Reginæ Æthiopiæ, docetur, baptizatur, ambulans in solitudine, à Philippo.

D. Bonau.

D. Bonau. in Vita eius. Pater noster D. Franciscus, in solitudine, in monte Aluernæ stigmatis honoratur. Vnius ac solius eius honos iste fuit à Christo, nec Pauli, nec Catharinæ Senensis.

Reuelationes fiunt solitariis.

Osee 2. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.*

Multa ad fidam aurem amici, vel amicæ, dicuntur, quæ non publicè.

Cant. *Amici auscultant* (ait sponsus ad spōsam in horto) *surge amica & veni &c.* licet auscultatores amici essent, & honesta futura colloquia, noluit sponsus, coram amicis, loqui sponsæ.

Sæpe nec Deus.

Cant. *Ego flos campi, & lilium conuallium*, ait sponsus.

In campum, in conualles ergo eundum, vt inueniatur.

V. *Solitaria vita, vera vita.*

Seneca dicere solebat nonnullos desistere viuere, antequam inciperent vitam.

Stobæus. aliquos viuere multo tempore, sed paucis annis.

Similii Epitaphium in Italia fere tale: Hic iacet Similius qui annosus fuit, & tantum septennio vixit

Dion. Cass. antiq hist in Vita Adriani Imp. dicit Similium hunc fuisse Ducem Imp. maxime familiarem, & gloriosi nominis, ac virtute, autoritate, prætoria olim dignitate, nobilitate: modestia, prudentia, rerum experientia illustrem, audacem, liberum in verbis, fortem, belli militiæq; insignem. Is igitur multis Rom. curiæ vndis inuoluebatur. At tandem meditatus exitum ex illo labyrinthò curarum pub. Pretura iam senex excessit, & procul ab vrbe Rom. habitauit in sua ædicula, ibique notus multis, sed paucis familiaris, vixit Septennium. Vicinus ergo iam morti, inscribi iussit monimento, quod iam diximus: *Hic iacet Similius &c.* quod scilicet annos actos in Curia & publico perijsse; priuatim actos verè vixisse se æstimaret. Publicam illam & negotiosā vitam, mortem; solitariam, verè vitam arbitrabatur.

Vt. n. liquor infusus vasi pleno rimarum, hac illac effluit: ita vita, quæ in tot & tam varia negotia consumitur, perire credenda est.

NOTÆ CONCIONIS IX.

Facta obiter repetitione, sic propositum.

Dicendum
1. *De speciebus solitudinis.*
2. *Quod nomina sua, monachos hortantur delectari deserto cum Christo*
3. *De quibusdam aliis causis non versandi cum secularibus.*

AVE MARIA.

I.

¶ *De speciebus solitudinis.*

Solitudo varia,
1. *Corporalis tantum,*
2. *Spiritualis tantum,*
3. *Corporalis & spiritualis simul.*

*i. *Corporalis* tantum eorum est, qui in desertis & monasteriis habitant, animo tamen parte sui nobiliore, vagi sunt, apostatæ, & perambulantes vrbem & orbem, desiderantes ibidem esse, vel vrbanas delicias habere. *Nunquam minus soli, quam cum soli.*

Cic. 3 *off.* P. Scipio Africanus primus. *Nunquam se minus ociosum esse, quam cum otiosus: nec minus solum, quam cum solus esset,* inquiebat.

Hi similes filiis Israël in deserto somniantibus Ægyptū.

Exod. 16. *Vtinam essemus in Ægypto &c.*

D. Hierony. quandoque deplorat se interesse animo choreis Rom. &c.

*ii. *Spiritualis*, est eorum qui corpore positi in aulis, curiis, negotiis mundi huius, animo tamen maxime sunt cum Deo, salutis suæ non obliuiscuntur, & aiunt *Nostra conuersatio in cælis est.*

Necessaria hæc omnibus.

Cypr. de ieiunio & tentat. Christi] *Animi omnino necessaria est solitudo, vbi erecta specula, mens sibi insopita prouideat, & detersa rubigine coruscantibus armis importunum hostem terreat, & repellat.*

D.Ber-

D. Bernard. ferm. 40. in cant.) *Solus eris... dummodo vanis & cõmunibus cogitationib. valedicas, non appetas præsentia, si contemnis quæ mundus miratur, si tua desideria contemnis si fugis lites, si iacturam rerum temporalium parvipendas, si non memineris iniuriarum. Nam aliter, etsi solus sis corpore, non poteris esse solus Spiritu, nec vere.*

Daniel. 6. Cum non posset Daniel in media Babylone, & mediis curis positus, corpore esse in templo Hierusalem, ingrediebatur domum suam, & fenestris apertis in cænaculo suo contra Hierusalem ter in die flectebat genua, adorabat, confitebaturque coram Deo suo, sicut & ante facere consueuerat.

Babylon. i. confusio. Hierusalem visio pacis, In confusione, pacem animo sequebatur.

Tu in Babylone negotiorum, fenestras animæ versus Hierusalem aperi, animo & idealiter esto in Hierusalem: *Animo quolibet ire licet.* Ouid. lib. trist.

In turba, non in turba.

Ioseph, in mediis negotiorum Ægypti turbinibus, sic.

A Poßibili.

Si fortuita cogitatio efficit quandoque, vt obuios non videamus, nõ audiamus vel tympana &c. vt itinere deerremus Nunquid id non poterit voluntariè assumpta.

Musica si placet: si lectio Virgilii, placet, Dum canitur, dum legitur, nec in medio strepitu, strepitum audimus.

Si cælestia placent, terrena fastidiuntur, nec mundum strepentem audies, & cogitatione in cælo versaberis.

Solus cum multis.

* *iii. Corporalis & Spiritualis*, laudatissima: Eremitarum, & large, monachorum, & (vt vocant) religiosorum. Corporalis autem adiuuat spiritualem, spiritualis viuificat corporalem.

II.

Monachis nomina sua commendant solitudinem.

Hanc

Hanc debent Monachi colere.

Quod nomina sua, ad id, eos vocent: *Monachi ascetæ &c.*

D. Hierony. epist. ad Heliod.] *Interpretare vocabulum Monachi hoc est, tuum, quid facis in turba qui solus es?*

Si cupis esse quod diceris, Monachus. j. *solus, quid facis in vrbibus, quæ vtique non sunt, solorum habitacula, sed multorum.*

Caßian. collat 18. Abbatis Pyamonis c. 5] Inde Monachos dictos, quod coniugiis abstinerent, & à parentum se consortio, ac mundi huius conuersatione secernerent, vt nimirum soli Deo per contemplationem inhærerent.

D. Dionys. c. 6. Eccles. Hierarch. Tradit Monachos appellari, quod visibilibus relictis, Monadi, id est Diuinitati soli placere contenderent.

Monstrum est, monachus in turba præter necessitatem. Si solus, quomodo in turba? si in turba, quomodo solus vel Monachus dicitur? Si Albam, quomodo nigram? Ἀσκέτης olim vocabatur quilibet religiosus j. pugil, j. exercitator, ab exercitio virtutum, & pugna vitiorum.

1. Cor. 9.) *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.*

Et hoc nomen hortatur eos ad amandum monasterii desertum, quia

Scilicet aptissimum est pugnæ, ratione
- *1. Diuerticulorum variorum:*
- *2. Auxiliorum plurium:*
- *3 Offendiculorum pauciorum.*

1. Diuerticulorum, quæ in monasterio ad hostem declinandum varia. Si in horto tentaris, cellam adire potes, si in cella, adire potes templum: si in templo, bibliothecam: si legens, cantare potes; si solus, adsunt socii, si in societate, in cellâ solus esse potes. si ibi solus esse non potes, adsunt sancti libri, solatium & societas optima: si loquens, silentium habes: si silens, datur colloquium &c.

* 2. Auxiliorum plurium,
- *1. Exemplorum,*
- *2. Consiliorum,*
- *3. Orationum:*

quæ vel maxime frigidos inflamment, & segnes vrgeant.

1. *Exemplorum*, Videt enim istum quotidie vtentem sacram.

cram. confess. prolixe orantem, cui matutinæ & nocturnæ preces breues sint &c. videt alium arcte ieiunantem: nec frigidus nec tepidus quisquam fere ibi esse possit.

2. *Consiliorum.* Patitur enim tentationes monachus iunior? adit senes, & fit victor eorum consilio.

3. *Orationum.* Quemadmodum (vt est in prou. gall.) omnes milites sic sunt vnanimes, vt si vnum læseris, omnes læseris, & omnes ad vindicandum vnius damnum concurrunt: ita in monasteriis, omnes fratrum suorum tentationes, suas putant, & simul orationibus, pro vno omnes pugnant.

Cant. *Turris Dauid: mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.*

1. Reg. 23.) *Morabatur Dauid in deserto in locis firmissimis.*

Hîc Christus pugnaturus descendit in arenam deserti.

3. *Offendiculorum pauciorum.* Oculi non deprædantur animam;

Nec cantus puellarum, qui etiam vel Elephantes decipit, illic aure percipitur.

Nec ibi videtur species virginis, quæ vel Rhinocerotem animal fortissimum capit, si gremium offerat.

Nec ibi lingua crebro peccat, quia ibi crebra silentia, ibi crebri Anacharsides.

Iacob. *Si quis putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, huius vana est religio.*

D. Aug lib. de singularitate Clericorum) *Minus voluptatibus stimulatur, qui non est, vbi adest frequentia voluptatum, & mitius auaritiæ molestias patitur, qui diuitias non videt.*) Ideo si in arce tam munita non vincat, grauius &c.

III.

Cur Monacho non versandum cum seculi hominibus.

1. *Ratione differentiæ finis*: Monachus habet propositum cœlum, alii tendunt ad Infernum.

Iob.

Iob 21. *Ducunt in bonis dies suos: & in puncto temporis ad Inferna descendunt.*

Peregrinorum alter, intelligens alterum intendere Geneuam, cum ipse tendat Hierosolymam, statim alteri valedicit: Videns igitur Monachus alios tendere ad infernum, se in cælum, debet valedicere &c.

Pro. 1. *Fili mi, ne ambules cũ eis, pedes illorũ ad malũ currunt.*

* *ij Ratione differentiæ motus*, Nam licet secularis tendat ad cœlum, tamen gradu nimis tardo: *sequiturque Patrem non passibus æquis*, Virg. 2, Æneid. Monacho autem currendum & volandum. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? & volabo & requiescam*. Psal. Peregrinorum alter alteri valedicit, si illum negotia currere vrgeant, & velit & possit; alter autem accelerare gradum aut nolit, aut non possit, aut non oporteat: Monachus ergo similiter.

Genes. 33. Iacob refugit societatem Esau dicentis: *Ego socius itineris tui*; quod grex & paruuli, properantem assequi non possent, aut nollent

Quæ conuentio luci ad tenebras?

*iii. ratione periculi vel
- 1. *Labendi in similia peccata*;
- 2. *Turpiter ruminandi turpia visa, audita* &c.
- 3. *Alios temere iudicandi.*

Ioannes Climacus scalæ parad gradu 3. *Qui post abrenunciationem cum secularibus versatur, siue iuxta illos commanet, prorsus aut in eosdem laqueos incidet, aut cor in eiusmodi cogitatione inquinabit? aut certe si non inquinatus fuerit, eos, qui inquinantur iudicans, atque condemnans, & ipse inquinabitur.*

D. Basil. in quæst. fusè disput. Resp. ad q. 6.) *In seculo qui plurimorum peccata videt, in comparatione deteriorum se optime vitam agere existimat.*

* *Luscus inter cæcos, Rex.* prou.

Non sum sicut cæteri hominum.

Ratione (inquam) periculi, vel
- 1. *Committendi turpia*,
- 2. *Fauendi malis.*
- 3. *Non corrigendi.*
- 4. *Amittendi sua bona.*

D. Chry.

D.Chryſoſt.homil.36.oper.imperf.in Matth.) *Sicut difficile eſt arborem iuxta viam ſitam fructus ſuos vſque ad maturitatem ſeruare, ſic difficile eſt virum fidelem, iuxta iſtum mundum viuentem, in ſuis operibus immaculatam iuſtitiã vſque ad finem tenere. Recede ergo de via & planta te in loca ſecreta vt nec mundus tecum aliquid habeat commune, nec tu cum mundo.*

Ouid. eleg. de Nuce] *Nux ego iuncta via, cum ſim ſine crimine vitæ*

A populo ſaxis prætereunte petor. &c.

Cauſabor, quare ſit lapidioſus ager.

Et monaſterii ager, ob talem vnum gyrouagum ſit lapidoſus.

Vti non ſolum arbor publica arroditur à beſtiis, læditur à curribus, ſpoliatur á viatoribus, ſed ſæpe ictus lapidum temerè iactorum, lædunt fortuito quoque alias fructiferas arbores plantatas, in horti meditullio: Ita Monachus ſeculum frequentans, non tantum ipſe periclitatur, ſed aliis, rediens, cauſá periculi.

D. Athanaſ. in vita B. Anthonii.] *Antonium Abbatem Alexandrinum ferunt ſolitum dicere: Non expedire Chriſti ſeruis, eorum, qui ſeculo ſeruiunt, domos frequentare, aut conſuetudine vti. Sicuti enim piſces de aqua eductos continuo langueſcere, & emori ſolere: ita Monachum extra cœnobij ſepta vagantem, ſi quicquam confabulationi vacauerit alienorum, ad cordis tepiditatem redigi, & circa ſpiritualia exercenda effici tardiorem.*

*iiij. *ratione officiorum*
- 1. *Flendi, plangendi tam ſua, quam aliorum delicta;*
- 2. *Meditandi, contemplandi;*
- 3. *Orandi pro ſe, & aliis* &c.

*j. Deſertum locus flentium. Coram aliis difficile, & indecorum, flere. *Petrus egreſſus fleuit amarè.*

Ioſeph iubet egredi cunctos foras *Eleuauitque vocem cum fletu,* in agnitione fratrum. *Geneſ. 45.*

Qui triſtes ſunt, ſoli eſſe deſiderant. Solitaria loca amica mœrorib.

Turtur viduata ſemper ſola gemit & luget.

Virgil.

Virgil. 4. Æneid.] *Solaq; culminibus ferali carmine bubo Visa queri.*

Psal. *Factus sum sicut nycticorax in domicilio.* Nycticorax nocte in desertis domibus vlulat, & plangit.

Luc. 7. Miraculi plenum, quod peccatrix fleat inconuiuio coram multis.

2. Meditaturo, } apta silentia
3. & oraturo

Quintil. lib. 10. *instit. c. 3.* Demosthenes (oraturus scilicet coram pop.) se in locum, ex quo nulla exaudiri vox, nihilque prospici posset, recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi.

Monachus oraturus cum Deo &c.

*v. *Ratione reputationis.* Nimia familiaritas parit contemptum. *Prou.*

Plutarch. tom 1 vit. in Pericle] Pericles Atheniensis postquam Rempub. cœpit curare, nunquam postea visus obambulare ciuitatem, nisi in forum iret, aut Senatum. Inuitatus ad conuiuia, non ibat, omnem talem amicorum cõsuetudinem reliquit, & toto illo prolixo tempore, quo Rẽpub. curauit. nunquam ad cuiusdam amici cœnam iit, dempto quod conuiuio nuptiali Euryptolemi nepotis sui interfuit, tantum ad gratias vsque, quando vinum Diis offertur, statimque post surrexit, quia (vt ibi addit Plutarchus) huiusmodi familiaritates mire deiiciunt omnem grauitatem affectatam, & difficile vti seueritate perpetua, ne vilescas, cum omnibus familiariter conuersando. *Sic sententialiter ibi.* Decet autem Monachum non vilescere.

NOTÆ CONCIONIS X.

Vt tentaretur à Diabolo.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum { *1. De laudib. solitudinis.*
2. Quod Deus vbiq; mirabilis.
3. Quæ Christo causa suscipiendarũ tẽtationũ.

AVE

AVE MARIA.

I.

¶ Pauca de ſolitudine.

Niſi ſtatuiſſem accelerare nogotium, dicerem rurſus multa de ſolitudine.

D. Baſilius orat. de laudibus eremi conſulatur.

Sunt ſane in deſerto pugnæ Edom & Amalech, ſed ad habendam victoriam: ſunt ſerpentes quidem, ignes & venena ſpirantes, ſed eſt æneus qui ſanet: ſunt aquæ amaræ, ſed lignum eſt, quod dulces reddat: Eſt panis penuria, ſed ſequitur manna, ſed eſt Angelus ferens ſubcinericium panem *&c.* abſunt carnes, ſed pluit Deus conturnices: ſaxa sũt, ſed percuſſa dant fontes aquarum mellis, & olei: Solis ardor torret, ſed vmbra 70. palmarum & 12. fontes refrigerant. Arma deſunt, ſed plus vincit Moyſes orãdo, quam Ioſue dimicãdo.

Habent deſerta ſuas conſolationes.

Sunt ibi { *fluenta aquarum,* lachrymæ amoris, gaudij, / *herbæ ac flores,* dolores pro peccatis. / *aues ſuauiter canentes.* }

Ibi flet Petus amarè ſolus.

Ibi Flores { *roſæ charitatis* / *lilia caſtitatis* / *violæ humilitatis* / *oliuæ pietatis* / *myrrhæ* mortificationis carnis; & propriæ voluntatis. }

Iſai. 41. *Ponam deſertum in ſtagna aquarum: dabo in ſolitudinem cedrum & ſpinam, & myrthum, & lignum oliuæ,* &c.

Ibi flores, ibi exempla virtutum omnium.

Ibi ſpirituales viri, vt aues alis, in cælum contemplatione feruntur, ore cantant, mente iubilant.

Aues, quæ cum harmonia cantant, delectantur deſertis.

Et Aues maxime nobiles, vt Phænix viuens decem ſecula. *Vide Martial. lib. 3. epigr. 29.*

Et Pelicanus exemplar clementiæ in deſertis.

Cedite vrbes desertis: Solitudo paradisus, solitudo paradisus.

II.

Quod Deus vbique mirabilis.

Deus vbique mirabilis, mirabilior tamen in minimis, vt in { *Musca, quam in Aquila. Formica quam in Leone. Homine quam in monte* &c. difficilius in muscis, formicis *&c.* inueniat physicus cor, iecur *&c.* quam in equo, Leone, *&c.* }

Psal. *Mirabilia opera tua Domine.*

Isai. 9.] *Vocabitur nomen eius admirabilis.*

Maxime mirabilia, sunt minus mirabilia, & minus mirabilia, fiunt mirabilissima attendenti facientis Maiestatem Facere cœlum, terram *&c.* quid est attendenti factoris Omnipotentiam? Regere mundum, omnia curare, vel passeres, vel capillos capitis nostri, nihil est attendenti Sapientiam Dei.

Samsonem & Dauidem Leones trucidare, non mirabile attendenti corpoream fortitudinem eorum.

Non mirabile Herculem Leonem, aprum, Cacum, fortiter domuisse, sed fila duxisse ad pedes Omphales & Ioles.

Non mirabile Homerum scripsisse excidium Troiæ, sed scripsisse pugnam ranarum.

Non mirabile Ouidium scripsisse Metamorph. Poëtam ingeniosum, sed de nuce, de pulice *&c.*

Sed mirabile quoque Deum Opt. Max. fieri homuncionem, Sapientiam infantem & puerascentem, altore omnium esurire, sitire; Creatorem hîc colluctari rebelli creaturæ Diabolo. Mirum quod Leo scarabæum: Alexander plebeiũ.

Abacuc. *Considerauí opera tua, & expaui in medio duũm animalium cognosceris.*

Non est tam mirabile, videre Dominum *sedentem super solium excelsum & eleuatum &c.* quam iacentem in præsepio, pannis inuolutum, *&c.*

Non

Non miror philoſophi Socratis patientiam cum vxore moleſtiſſima, ſed Piſiſtrati Tyranni cum Thraſippo amico; ipſi in cænâ conuitiante, & conſpuente. *Valer lib. 5. c. 1. Videatur.*

Proprium enim Philoſophi imperarę affectibus, Tyranni ſuperari. Dei magnalia non tam miror in mergendo Pharaone *&c.* in Chore & Dathan *&c.* ſubito interitu; quam eius humilia, in perferendis crucis iniuriis &c. *nihil arbitror me ſcire niſi Ieſum crucifixum &c.* ideò dictum ab Apoſtolo.

Alexander magnus noluit in arenam certaminis deſcendere, quod ibi non eſſent filii Regum *&c.*

Nolit Leo decertare cum agniculo. *Ora Leonis frangere tam paruas. non didicere feras*, ait Martial. lib. 1. epigr 67.

Nolit Goliath decertare cum Dauide pygmæo,

Vir fortis cum fæmina. *Nec habet victoria laudem.* Virg. 2 Æneid.

Nolit Aquila; cum Scarabæo.

Nolit Elephas, cum Formica.

Nolebat Bucephalus equus Alexandri, inſtructus regiis phaleris, pati quemquam alium à Rege, ſeſſorem.

Ecce Chriſtus plus quam Alexander, dignatur luctari cum creatura ſua rebelli.

Leo de tribu Iuda, cum lupo.

III.

Quæ Chriſto cauſæ ſuſcipiendarum tentationum.

Tres cauſæ Chriſto ſuſcipiendarum tentationum, potiores { 1. *Officium* 2. *Auxilium* 3. *Solamen*

*1. *Officium*, eſt enim Principis boni officium, purgare regnum ſuum prædonibus, & hoſtibus pacis publicæ.

Plutarch. tom. 1. Vit. in Theſeo. Ait Herculem Tyrannos, & Gygantes abutentes viribus, & omnibus vim inferentes nonnullos occidiſſe; nõnullos fugaſſe. Theſeum quoq; Her-

culis consanguineum (nam filii erant duarum cognatarum (vt vocant) germanarum) grassatorib. bellum indixisse.

Hercules Cacum vel in spelunca sua trucidauit.

T. Liuius decad. 1 *lib.* 1. Romulus & Remus regii iuuenes, latrones adoriebantur, si quos sciebant.

Christus Hercules (id est teste Macrobio, Iunonis id est aëris gloria, nempe Sol, mundi honor) Christus Theseus, qui impleuit non solas Athenas, sed orbem populis, Ecclesiam sacras Athenas Christianis, Christus Romulus Romæ non temporaliter, sed & spiritualiter tantū regnantis conditor, qui Romæ nec metas rerum, nec tempora posuit, *Et portæ inferi nō praualebunt* &c. Matth. 16.

Dæmon latro magnus.

Luc. 10. Viator ille incidit in latrones.

D. Gregor. *Dæmones, quasi latrunculi, vias nostras obsidēt.*

1. Pet. 5 *Circuit quærens, quem deuoret,*

Hunc Christus ipse, per se debellare vult.

Exod. *Dominus pugnabit pro vobis & vos tacebitis.*

Psal. 131. *Inimicos eius induam confusione.*

Ioā 3. *In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera Diaboli.*

Matth. 12. Luc. 11.] *Cum fortis armatus* &c. *Fortior superueniens diripit vasa eius.*

Hortandi Magnates, vt sic studeant quieti suorum.

*2. *Auxilium*, vt scilicet hoc modo nobis hostē debilitaret.

Chrysost. *Tentatur, vt retundat superbiam hostis.*

D. Gregor. homil. hod in 4. Matth] *Iustum erat vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret. sicut mortem nostram venerat sua morte superare.*

D. Thom. p. 3. q. 41. art. 1. in corpo. hanc habet rationem Caiet. in illum art. *saltem meritoriè, tentatus Dominus opem contulit nobis,*

Dupliciter hostis ab aliquo tertio debilitatur.
- 1. *Pugnando* sæpius leuioribus præliis.
- 2. *Vincendo*, collatis vtrinque signis.

Vt si quis fauens partibus Catholicorum, adoriatur Hæreticos crebris præliis leuiorib. debilitat hæreticos etsi non

deleat

deleat, ita vt ipsi contra Cathol. deinde pugnaturi fractiores veniant.

Si autem victi sunt ab illo tertio Hæretici, vix colligi, atq; ad se redire miles attonitus potest.

Christus quasi tertius, hostem nostrum nobis fregit ter aggressus, ter victor.

Psal 71. *Et humiliabit calumniatorem.*

Acies gladij vel acus, retunditur, si petram aut chalybem tundit.

Petra autem erat Christus: ad cor. Hostis ergo petrã hanc tundens, retusus est. *Durum contra stimulũ calcitrare. Act 9.*

Ioan. *16 Confidite, ego vici mundum.*

*3. *Solamen*, vt scilicet inde speraremus, eum nobis fore paratiorem, ad auxilium gratiæ adiutricis conferendum in tentationibus, & ad misericorditer agendum nobiscum, si quandoque vincamur.

D. Thom. p. 3. q. 41. art. 1.

Heb. 2. *Debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret.* Die crastino cætera *&* istud tum latius.

NOTÆ CONCIONIS XI.

Vt tentaretur à Diabolo.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum, ecquæ Christum mouerint velle tentari, { 1. *Quid ex parte nostri.* 2. *Quid ex parte eius.*

AVE MARIA.

I.

¶ *Causæ Christo suscipiendarum tentationum, ex parte nostri.*

Christus tentari voluit, nostræ { 1. *Spei,* 2. *Cautelæ,* 3. *Instructioni.*

*1. *Spei*. Cœperamus enim heri dicere Christum voluisse tentari, vt fieret misericors *&c.*

Heb. 2. *Debuit per omnia fratribus similari: Vt misericors fieret & fidelis Pontifex ad Deũ, Vt propitiaret delicta populi.*

Expertus scilicet vim, dolos, importunitatem tentatoris.

Condolet Galenus infirmo maxime, postquam expertus ipse est vim morbi, & sic de cæteris *&c.*

Virg. 1. Æneī. *Non ignara mali miseris succurrere disco.*

Solent qui in mari inter tempestates, & scopolos, in naufragio versati sunt, nauigaturis bene consulere, naufragorum misereri &c.

Qui pauperes fuêre &c.

Militum dux, qui gradatim è gregario factus est dux, gregariorum miseretur.

Luc 16. Diues epulo non misertus mendici Lazari, quod forte ipse nihil vnquam duri esset expertus.

Heb. 2. *In eo, in quo passus est & ipse & tentatus: potens est & eis, qui tentantur, auxiliari.*

Heb. 4. *Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.*

Ibid. *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, vt misericordiam consequamur* (post lapsum sc.) *& gratiam inueniamus in auxilio opportuno* (ne labamur)

Ita etiam quandoque iustis, sed inhumaniorib⁹, contingere permittit.

Cassian. collat. 2. *c.* 13. Cum quidam iuuenis tentatus grauiter à Spiritu fornicationis, á quodam sene consilium solatiumque quæsisset, senex iuuenem fere in desperationem immisit, dicens eum exosum Deo, monastico habitu indignum, & fratrum consortio, quibus verbis deiectus animo iuuenis redibat ad seculum. Factum autem Deo prouidente, vt ei in itinere Abbas, Apollo nomine, occurrens eum consolaretur, mœstumque reduceret ad monasterium, dicens se similiter agitari: Orationeque Appollinis, factum est, vt inhumanus, ille senex aculeos similes pateretur, reditumque iam meditaretur ad seculum: Liberatus autem, precibus Apollinis, audiuit ab eo, *Hoc te stimulo ideo sauciatum agnosce, Vt*

ce, Vt saltem in senecta discas compati infirmitatibus alienis.

Ideo Petrum ignem & fulmina è cælo vocare paratum, postea fugere, negare &c. permisit.

Heb. 5. *Pontifex condolere possit ijs, qui ignorant & errant.*

Gratias ei agamus, qui voluit pati hæc & his similia &c.

*2. *Cautela*, vt videntes nec Christo ab hoste parcitum, toties victum resurgere, nobis vigilemus. Nullus quantumcumque sanctus, se æstimet securum & immunem à tentatione.

D. Thom. p. 3. q. 41. art. 1.

Hilarius canone 3 in Matth. *In sanctificatis maxime Diaboli tentamenta grassantur.*

Si in viridi ligno in arido quid fiet.

Si fontem iustitiæ turbare tentauit, quid de riuulis?

D. Franciscus aiebat: *Possum adhuc habere Filios & Filias.*

D. Hieronymus narrat de quodam Anachoreta piè timido, qui senex, & animam propemodum agens infirmitate, ægrè matrem visitatricem admittebat, dicens, *Igniculum illum communem, nondum in se extinctum.*

*3. *Instructioni* nostri in arte militari, non verbo solo, sed exemplo. *facere & docere*.

D. Thom sup. in corp.

Heb 4. *Tentatū per omnia pro similitudine absque peccato.*

Cypr. serm. de ieiunio & tentat. Christi initio] *Voluit sapientia Dei primo erudiendos formare exēplo, & contra tentamenta proponere documenta.*

D. Ambros. *Tentari se à Diabolo Dominus omnium patitur, vt in illo omnes voluptates vincere disceremus.*

D. Aug. lib. 4. de Trinit. *Tentatus ideo est, vt ad superandas tentationes, mediator esset non solum per adiutorium, sed etiam per exemplum.*

Idem lib. de vera relig. ad Romanum c. 19. initio] *Hæc triplex tentatio in Christo homine....*

Leo ser. 1. de quadrag.

Haymo ser. in hunc locum.

D. Chrysost. homil. 13. in 4. Matth. assignat hanc rationē

& addit] *Sicut Athleta cum discipulos suos vincere docent, data opera, in Palæstris cum aliis certamen exercent, Vt in luctantium corporibus faciant artem spectare Vincendi.*

Idem Homil. 4. in c. 2. Hebr. *Digna clementia sua fecit* (Pater sc.) *quod primogenitum clariorem omnibus ostendit, & sicut Athletam fortem, & cæteros superantem exemplum aliis constituit.*

Sic Rhetor Oratorem suum format præceptis, ac etiam exemplo, pronuncians & agens coram eo &c.

Christus erit nobis Vegetius, Ælianus, Frontinus in re militari.

Docuit autem Christus vincere
- 1. *mundum;*
  - 1. *Fugiendo in desertum*
- 2. *Carnem,*
  - 1: *Ieiunando,*
  - 2 *Orando haud dubie in tam commoda solitudine.*
- 3. *Diabolum.*
  - 1. *Scripturas proferendo;*
  - 2. *Exprobrando malitiam,*
  - 3 *Imperiose Vtédo hic Voce,* Vade Satana.

Caietanus in annot. marg. ad art. 1. q. 14. p. 3. D. Thomæ. *Percipe (inquit) quod modus Vincendi est recursus ad diuinas scripturas, & eadem ratione ad Sanctorum exempla. Hoc enim docuit, dum sic pugnauit, & Vicit.*

Psal. *Benedictus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.*

*iiij. *Vt in ipso* intueremur, quæ gloria sequatur victores.

Matth. 4. Angeli accessisse dicuntur, & ministrasse victori, Spectatores sunt Angeli nostræ pugnæ, viriliter ergo, Applausores victorum, & ministri.

Luc. 15. Si gaudium illis pro pœnitente, quale pro inuicto victore?

Apoc. 2. *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit.*

II.

Quæ causa Christo, ex parte sui.

*I. *Vt*

*I *Vt dignus Doctoratu suo appareret.*

Christus 12. ætatis se pro auditore & discipulo gesserat, & hactenus nihil Doctoris aut Licentiati egerat. Iam tempus instabat, quo se pro Episcopo animarum nostrarum, & Doctore gerere deberet: voluit ergo legitime Doctorari, Licentiari &c. vt sic loquar.

Doctores & Magistri futuri, tentaminibus variis agitantur, varios faciunt actus (vt vocant) ter disputationibus solennibus agitantur, postea, ipsis permittitur cathedram conscendere &c.

Christus tentatus varie, à Diabolo subtilissimo impugnatore, qui vinceret mille Scotos.

Diabolus tentauit, quid Christus { 1. *Sciret,* 2. *Posset.* 3. *Vellet.* } Ostendit vero Christus se {
1. *Scire scripturas*, & alias per illas elidere.
2. *Posse ferre famē*, esuriens & nolens comedere.
3 *Posse superare vanam gloriam* non se mittendo deorsum:
4. *Nec posse auro corrumpi nec regno. Hæc omnia tibi dabo*, aiebat furcifer.
5. *Velle tueri* gloriam Dei: *Dominum Deum tuum adorabis* &c. }

Vnde tibi documenta quatuor.

*i. Doctorem futurum debere posse *abundare, & penuriam pati.*

Castigare corpus & inseruit, redigere, ne forte &c.

*.ii. Gloriæ cupiditate nihil agere. Demosthenes gaudebar

bat (ait Cic.) de se à mulierculis dici: *Hic est ille Demosthenes.* * *monstrari digito, & dicier hic est?*

* iii. Auro vel regno non debere corrumpi. Balaam aiebat ad Balac; Etsi dederis mihi domum plenam argenti, non possum aliud loqui, quam quod dederit Dominus.

* iiii. Neminem, nisi probatum, tentatum, ad talia munia publica admittendum.

Nemini cito manus imposueris.

Non Neophytum vult Paulus Episcopum.

1. Timoth. 5. *Probentur primum, & sic ministrent.*

Gen. 27. *Accede ad me, vt tangam te, & probem vtrum tu sis primogenitus meus.*

Iudic. 7. *Duc eos ad aquas; & ibi probabo eos,* hoc de militibus Gedeonis ante prælium.

Miles	probatur	*in stadio*
Discipulus.		*in studio*
Metallum		*in conflatorio*
Aquila pullus		*ad lumen Solis*, si oculis irrepercussis &c.

Notandum quod ait *à Diabolo* tentatum Christum, vt laus tentati & non victi sit maior. Gloriosius Scoti argumēta subtilia elisisse, quam D. Thomæ fortassis.

Adde, quod ter tentatus nec victus.

Numerus ternarius Poetis perfectionis est: *O terq; quaterque beati; Queis ante ora Patrum Troiæ sub mœnibus altis. Contigit oppetere!* 1. Æneid.

Christus ergo perfecte tentatus.

*II. AB GLORIAE MATERIAM.

Heb. 2 *Decebat enim eum propter quem omnia: & per quē omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem Salutis eorum per passionem consumare* (aliis, perfectum reddere.)

Chrysost. homil 4. in cap, 2. Heb.] *Ostendit eum, qui patitur pro aliquo, non solum illum iuuare, sed etiam seipsum clariorem efficere, & perfectiorem.*

Doctor, præsidens disputationi, & in gratiam respondentis elidens argumenta Scotica, iuuat illum quidem, sed & sibi parat gloriam.

Et medi-

Et medicus curans ægrum, & miles pugnans pro patria &c.

* III. Vt paulatim, quasi tyrocinio facto in pugna verborum, assuesceret durissimo prælio verberum in passione.

Nauita futurus in Oceano, primo ludit in lacubus.

NOTÆ CONCIONIS XII.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum, hodie rursus
1. *De causis aliis tentationis assumptæ.*
2. *De nominibus Hostis nostri,*
3 *Quod illa nomina doceant illi minime credendum.* AVE MARIA.

I.

¶ *Quæ aliæ causæ Christo tentationis assumtæ.*

Vnius effectus plures esse possunt causæ. ait Arist.

Itaque rursus videamus, quæ causæ tentationum Christi.

*j Vt impleret scripturas de se.

Abac. 3. *Egredietur Diabolus ante pedes eius.*

Zach. 3. *Ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini, & Satan stabat a dextris eius vt aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad Satan, Increpet Dominus in te Satan.*

Zach. 3. *Erat Iesus vestitus vestimento sordido &c.*

Chrysost. hom. 5 in 4 Matth. ex variis in Matth. *Non inconuenienter intelligi posse de Christo ait, & vestimenta sordida interpretatur corpus de genere peccatorum.*

*ij. Vt ostenderet hostem vinci posse.

Cypr. serm. de ieiunio & tentat. Christi] *Vt audiret, & videret, & sentiret humana rationabilitas, quam insuperabilis sit, victrixque peccati, si Libertas arbitrii libero moderamine dirigatur.*

Oros. lib. 4. c. 15. loquens de Claudio Marcello.] *Hic primus*

primus post tantas Reip. ruinas, spem fecit Hannibalem posse superari.

Et Christus spem fecit, Sathanam posse superari &c.

Contra eos qui dicunt, non possum &c.

Debilis hostis qui non vincit, nisi volentem.

*iii. *Ad consolationem.*

Solatium est miseris, habere socium in pœna.

Quem meliorem optarint, quam Christum?

Daniel. 4. Videtur quartus similis filio hominis, in fornace.

Psal. 90. *Cum ipso sum in tribulatione.*

D. August. *Magna est consolatio membris à capite.*

Innocent. *Non desperet qui tentatur, quia tentatus & Saluator.*

Si enim tentari malum esset, Christus tentari noluisset, nec ad hoc à Spiritu sancto ductus esset, qui non solet ad malum deducere.

Tentatio ex adiaphoris & indifferentibus, bene vtenti bona, malè vtenti, mala, instar diuitiarum.

Consolatio pusillanimium ob tentationes &c.

Sufficit discipulo si sit sicut magister eius.

*iiii. *Propter ordinem,* vt inde inciperet reparatio, vnde cœperat ruina. Cœperat autem à tentatione *Genes.* 3.

II.

De nominibus hostis nostri.

Vocatur	1. *Diabolus,* 2. *Tentator,* 3. *Sathanas.*	ibi	*Vt tētaretur à Diabolo,* *Accedens tentator* *Vade Sathana.*

Prou.] *Cognomina plura expedit habere,* Quasi prænomine, nomine, & agnomine, hic insignitur.

Plutarch tom. 1. Vit. in Coriolano, ait primum nomen Romanorum, fuisse cuiusque proprium: Secundum vero, familiæ. Tertium, impositum ab aliquo euentu, vel actu notabili,

Ibidem

Ibidem, Græci titulos ab actione aliqua, aut casu aut forma corporis, aut virtute solent gerere.

Ibidem. Nonnullis Regum etiam per obtrectationem cognomenta facta sunt: vt Artigono (i. daturi Dosonis) quod in repræsentandis promissis, cunctaretur; Ptolomæo (Lamyri) id est proterue loquacis, Sed hoc genere Romani frequẽter vsi.

Ibidem. Sunt & quædam cognomina à nascendi casu tracta: ita Proculum vocant, qui peregre profecto patre, nascitur, Posthumum, qui mortuo: Vopiscum, qui è gemellis viuit, altero extincto. A corporis vitio, non Syllas modo, & Nigros, & Rufos, sed cæcos etiam, claudosque dicunt.

D Franciscus sic dictus quia Patre in Francia peregrinante natus, Proculus etiam dici possit.

Hostis noster, vocatur	1. *Diabolus* 2. *Sathanas* 3. *Tẽtator* ab arte.	à nequitia.

* I. *Diabolus*.

Rupertus lib. 1. de vict. verbi Dei c. 6. putat à casu dictum Diabolum. *Diabolus* (inquit) *id est sursum fluens*.

Luc. 10. *Videbam Sathanam sicut fulgur*. &c.

Melius à nequitia (vt opinor.)

Theodoretus lib. 3. curat. de Diis & Angelis] *Diabolum vocant, quippe qui Deum patrem, apud homines criminando traducat, interq; ipsos homines alternas lites controuersiasq; iniiciat.*

Theophylact. in 4. Matth.] *Diabolus dicitur, quod accuset, & infamet Deum apud Adam. Dixit enim illi, Deus vobis inuidet, & nunc virtutem apud nos calumniatur.*

Lact. lib. instit. c. *Quod crimina, ad quæ ipse illicit, deferat.* Sycophanta verus.

Basil. concione quod Deus non est autor malorum.

Apoc. 12. *Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei.*

Psal. 71. *Et humiliabit calumniatorem.*

Diabol⁹ ergo significat calumniatorẽ, delatorem, suasiorẽ noxium, à διαβάλλω defero, traduco, infamem reddo.

Con-

Conſcientiam noſtram confundit, in his, quæ recte geſſimus & Deo placent; mala quæ egimus; plus æquo magnificat, ad deſperationem.

Diabolus etiam ſignificare poteſt iniquum & calumnioſum interpretem alieni, & ſophiſticè, æquiuocè, ac captiosè loquentem verbis varia ſignificantibus, qualibus etiam vſus in paradiſo terreſtri.

Rupertus lib 2. de vict. Verbi Dei c. 1. Oſtendit eum æquiuocè locutum

*1. In(*mortis*) voce, intelligendo de morte corporali.

*2. In *apertione oculorum*. Eſt enim illuminatio bona, de qua Eua intelligebat; ille vero de videnda nuditate intelligebat.

*3. *Eritis ſicut Dij*; ſuos malos Angelos intelligebat, Eua verum Deum.

*4 *Scientes bonum & malũ:* Eua intelligebat ſcientiam; ille experimentum boni & mali.

O Sophiſtam ô Diabolum, & duarum ſententiarum nebulonem.

* 2. *Tentator.*

Tentandi verbum à teneo vel tendo, quia manu communius tentatur, & manus vel aliud tenditur.

D. Thom 2. 2. q. 97. art. 1- tentari eſt experimentum

ſumere verbo vel facto, de eo, quod tentatur { 1. *An ſciat,* 2. *An poſſit,* 3. *An velit.* }

Tentat magiſter diſcipulum an ſciat: Et Chriſtus ſæpe ſic tentatus à Phariſæis: *Magiſter quod eſt mandatum &c.*

Iud 14 Samſon proponit problema Philiſtæis ad eos tentandos.

Tentatur alicuius voluntas, an ſit beneuola, aut contra.

Terent. in Phormione. *Viſum eſt mihi, vt eius tentarem ſententiam.*

Matth. 22. *Quid me tentatis hypocritæ?*

Nota omnia in Or ſignificare opifica, & in ijs peritiam conſuetudinem, & ſedulitatem.

Huiuſ-

Huiusmodi sunt { *Fictor*, *pistor*, *Tortor*, *Orator*, *Detractor*, *Explorator*. }

1. Cor. 9. *Ne forte tentet vos is qui tentat.*

D. Thom. in secundo scripto dist. 21. *q.* 1. *art.* 1. ait vocari eum singulariter tentatorem, variâ ratione.

Vt pote ratione {
1. *Inceptionis*, quia cœpit ipse in paradiso tentare, primus: vnde facta via aliis tentationibus.
2. *Intētionis*, quia tentando quærit hominis interitum, & virtutum. Ioan. 8. *Homicida est ab initio.*
3. *Cooperationis*, quia mundo & carne, tanquam instrumentis, vtitur tentādo.
}

Vide D. Thom. 1. *p q.* 14. *&* 2. 2. *q.* 97.

D. Gregor. Nyssenus orat. 5. *de orat Dominica in illud: Et ne nos &c.* suspicatur vocem (*tentationem*) esse aliquod ex nominibus Diaboli, & hoc ideo, quia subditur. *Sed libera nos à malo*, quasi res eadē, per vtrumq; nomen, significetur.

Et ipsa tentatio. Peritissimus tentandi.

Sedulus est; Nam cum sacris, ferijs, alii artifices cessent, hic tum maxime tentat.

Cum caro & Mundus in morte tentare desistunt, hic tum maxime adlaborat.

* 3. *Satanas* ibi: Vade Satana.

Satan hebræum est, & idem est, quod aduersarius & inimicus,

2. Reg. 19. *Quid mihi & vobis filii Sarvia, cur efficimini mihi hodie in Satan?*

3. Reg. 5. Salomon ad Hiram] *Nunc requiem dedit Deus meus mihi per circuitū, & non est Satan, neq; occursus mal⁹.*

1. Paral. 21. *Consurrexit Satan contra Israel, & incitauit Dauid vt numeraret Israel.*

Petro

Petro aduersanti dictis Christi de passione, dictum: *Vade retro me Satana.*

*j Antonomastice Sathan dicitur, Diabolus, vt Orator pro Cicerone, &c. quia aduersatus Dei voluntati de extollenda natura humana in Christo super omnes Angelos &c.

Rupert lib. 1 de Victor. verbi Dei c. 6. Ostendit nomen *Satan* fuisse primum eius nomen ex quo scilicet cœperat aduersari verbo Dei, & inter Angelos seditionem fecit rebellis.

*ij. Quia sine causa ei aduersatur.

Rupert. lib. 1. de vict. c. 8. *Veras aduersus Dei Verbum causas inimicitiarum nullas habuit, sed falsas confinxit.*

*iij. Quia homini, quasi Dei picturæ, maxime hostis, { *corpori* / *Animæ* / *rebus* } eius nocens.

Corpori; displagando, torquendo, in ignem, aquam proiiciendo &c. Iob.

Matth. 9 Mulier quædam 18. annos curua per Sathanæ nequitiam, curatur à Domino in Sabbatho.

Alius quidam, quem spumare &c. cogebat hostis.

Animæ. notissimum.

Rebus.

Tempore Ludouici 2. Imp. inuentus Dæmon in pago Maguntiæ obambulans, & iaciens lapides in domorum ostia, inde seminans discordias, postea incendens domos, auxiliantes lapidibus occidens, idque triennio continuans donec totam parochiam consumpsit, & hausit.

Pater in Iabi malorum Iliade, liberis oppressis, raptis gregibus, villis incensis &c. *Mitte nos in porcos* •

Alia interpretatio vocis (Satanas.)

Theodoretus lib. 2. cu rat.) *Satanas id est apostata.*

Iustinus martyr colloquio cum Tryphone Iudæo longe post med. *Satan Iudæorum Syrorumq; lingua desertorem significat.*

Irenæus lib. 5. in hæreses. *Satanas hebraice idem quod Apostata.*

Quid

III.

¶ Quid nos doceant illa nomina.

*1. Non audiendum Diabolum, quia calumniator, vel ipsius Dei Si Sathanas (vt Theodoretus vult) significet Apostatam, nec ei credendum, nam transfuga, & Apostata nullus bene loquitur de eo, quem deseruit.

*2. Non parendum, eius malis consiliis, quia accusator.

*3. Non disputandum cum eo, quia sophista captiosus, deceptor &c.

Eccli. 27.] *Qui sophisticè loquitur odibilis est, omni re defraudabitur.*

*4. Deinde tentatorum, expiscatorum, exploratorum, ardelionum genus omnibus exosum &c. *Exploratores estis.*

*5. Non credendum, quia hostis. Quis hosti credat, vel osculum danti?

Meliora sunt verbera diligentis &c.

Virgil. 2. Æneid. vox Laocoontis] *Creditis auectos hostes aut vlla putatis.*

Dona carere dolis Danaûm, sic notus Vlysses?

Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui,

Aut hac in nostros fabricata est Machina muros.

Quicquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.

Si amico reconciliato nulla fides: an aliqua hosti perpetuo?

Non habitat ouis cũ lupo nec vulpes Leoni credit facile.

Ouid. in Ibin. *Pax erit illa mihi tecũ (dum vita manebit.*

Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.

NOTÆ CONCIONIS XIII.

Vt tentaretur à Diabolo.

Factâ repetitione, sic propositum,

Dicendum:
- 1. *De generibus tentandi, & quis Dæmon tentauerit Christum.*
- 2. *Cur Dæmon tam ardeat tentare hominem.*
- 3. *Cur Christus, non à carne etiam tentatus.*

A V E   M A R I A.

I.

Qui fines tentationum.

Tentationum duo fines.	1. Vt sciatur tantum, quid aliquis,	sciat, possit velit;
	2. Vt etiam aliquid vltra efficiatur, vt noceatur.	

**Primus* est magistrorum tentantium discipulos de scientia.

Prudentium, scire volentium ad cautelam, an sit eis aliquis beneuolus, nec ne &c.

Et dicitur quandoque Deus hoc modo tentare.

Genes. 22. *Tentauit Deus Abraham.*

Deut. 13, *Tentauit vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligitis eum.*

D. Gregor. lib. 28. moral. c. 38. in eadem verba] *Tentare Dei est magnis nos iussionibus interrogare. Scire quoque eius est nostram obedientiam nosse nos facere.*

Psal. *Proba me Deus, & tenta me.*

**Secundus*, qui dicit infesto animo inuadere & aggredi, conuenit hostibus, Dæmonibus, exploratoribus &c.

Cic. pro Cluentio. Iudicium pecunia esse tentatum non à Cluentio, sed contra Cluentium.

Tentare senectutem, solitudinem alicuius est conari subuertere senem, & necessariorum expertem, iniuriæ proximum,

Tentare pudicitiam, est velle scire pudicitiam alicuius, & eam velle subuertere.

Hoc modo tentat Diabolus, Deus nunquam.

Iacob. 1. *Nemo cum tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur, Deus enim intentator malorum est.*

Quis Dæmonum, Christum tentarit.

1. Stella videtur tenere, gregarium aliquem è malignis spiritibus fuisse.

2. *Aug. tom 5. lib. 19. ciuit. c. 21. melius.* Ait enim fuisse omni-

omnium Dæmonum principem, scilicet vt princeps in principem, membra in membra dimicarent.

Idem, qui cum Adamo conflixerat, forte.

Hilarius & magister sentent. cum August.

Olim Duces, in Duces: ita Romulus. *Plutarchus in Romulo tom.* 1. *vit.* Æneas in Turnum *Æneid.* 12.

1. *Reg.* 17. Philistæorum fortissimum aggreditur Dauid figura Christi.

Plutarch. in Apopht. Alexander, cum leuitate corporis, ac pedum celeritate polleret, patri hortanti, vt in Olympijs stadium decurreret: *facerem, inquit, si Reges habiturus essē concertatores.*

I.

¶ Cur Dæmon tam ardenter tentet homines ad ruinam.

* 1. Ex parte Dei, odio eius scilicet, à quo eius superbia castigata, cui cum nocere non possit, in eius creaturam ruit.

Homo Dei imago, *Gen.* 1. 2.

Sæpe imago, pro homine ipso suspenditur, truncatur, &c.

Filij pro parentibus necantur.

Medea, odio Iasonis mariti desertoris, liberos trucidat.

* ij. *Ex parte hominis*; eius inuidia scilicet, quod homo eius successor.

Sap. 2. *Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum.*

Socrates interrogatus, quid bonis viris molestum esset, dixit:

Malorum fælicitas, Quid Malis? Bonorum prosperitas:

Aristoteles vocauit. *Inuidiam Antagonistā fortunatorum:*

Stob. serm. de inuidia. Theophrastus dicebat inuidos reliquis hominibus infæliciores esse in eo, quod aliis suis solum calamitatibus dolent: Inuidi vero præter sua mala, bonis etiam alienis contristari pergunt.

Quemadmodum doleret nobilis de palatio suo fisco addicto, inuideretq; pauperi, cui Rex gratis id dono dedisset: Ita *Genes.* Sicut Esau persequebatur Iacob, pro præcepta benedictione.

1. Reg. 18. Saul Dauid successorem &c.

Virgil. 1. Æneid. —— *Manet alta mente repostum*
Iudicium Paridis, spretaq; iniuria formæ,
Et *genus inuisum; & rapti Ganymedis honores &c.*

Horat. *Inuidus alterius rebus macrescit opimis.*

* iij. *Superba æmulatione.* Simia Dei Diabolus.

Videt Deum non tantùm dominari Angelis bonis, sed & probis hominibus; ipse vult dominari non solum Angelis malis, sed & hominibus malis.

2. Petr. 2. *A quo quis superatus est, huius & seruus est.*

Deus imperfectos ordines Angelorum & Hierarchias replet hominibus bonis: iste suos Ordines rebelles hominibus improbis, vt dicat: Numero & imperio *similis ero altissimo.*

Tyrannorum instar, qui vt magni fiant, comites cooptant latrones, pyratas, pressos ære alieno, more Catilinario &c.

* iiij. *Ob morum dissimilitudinem.*

Naturale est contraria, alterum in alterius ruinam tendere. Sic aqua & ignis &c.

Ouid. 1. Metam.] *Frigida pugnabant calidis, humentia siccis.*
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus &c.

Cic. in Lælio ait morum similitudinem conciliare amicitiam. Ergo à contrario, morum dissimilitudo odium.

Homo autem dictus ab humanitate, vel ab humo, quia tractabilis, contrarius est illi, qui duræ ceruicis est.

Homo Deo obediens est, homo pœnitentia ducitur, si labitur, flet, plangit &c. ipse obstinatus in malo.

Ipse mendax, ipse homicida ab initio &c. Homo autem &c. Ideo conatur eum, vt sibi contrarium, tentatione perdere.

* v. *Maxime probos* tentat, vt eos ab aliorum auxilio reuocet, quos forte iuuant informando, consolando, dirigendo &c. Et vt sui custodiæ intentos bonos reddens, infirmiores facilius vincat desertos.

D. Gregor. *Fit plerumque vt hostes callidi, Dei militem terribilius in semetipso tentent, quanto eum præualere in corde alieno vident, vt dum illum ad se tuendum reuocant, liberius aliena corda inuadant.*

Stratagema

Stratagema bellicum eſt inuadere fines Regis alteri confœderati, vt, ad ſuos fines cuſtodiendos, reuocet militem ſuum, à caſtris alterius, cui auxilio eſſe decreuerat.

* vj. *Vt iudicii ſui diem retardet*, quod ſcit mox completo numero electorum, ſibi impendêre.

Quemadmodum captiuus, licet miſer, tamen conatur diem horamque mortis protendere, &c. Ita iſte licet miſer, & infernum ſuum ſemper ſecum gerens, tamen ne fiat miſerior nouâ Judicis ſententiâ, in fine ſeculi proferendâ, omnem mouet lapidem, ne dies ille contingat.

Ianua digreſſionis in eos, qui tam parum reformidant iudicium illud, quod Diabolus ipſe tam vehementer perhorreſcit.

Quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis?

Porta excurſus in inuidos, qui dummodo alios vrant, ſeipſos amburere non grauantur.

Nota fabellam de inuido & auaro, quorum inuidus cupiit ſibi erui oculum, vt auaro duo eruerentur, &c.

Hippias duplicem dicebat inuidiam; iuſtam, qua malis honoratis; iniuſtam, qua bonis inuidetur.

III.

Cur non à carne etiam tentatus Chriſtus.

Vt tentaretur à Diabo. inquit.

D. Gregor. homil. 16. in Euang. *Sciendum nobis eſt, quia tribus modis tentatio agitur ſuggeſtione, delectatione, conſenſu &c. Deus qui in vtero virginis incarnatus, in mundum ſine peccato venerat, nihil contradictionis in ſemetipſo tolerabat. Tentari ergo per ſuggeſtionem potuit, ſed eius mentem peccati delectatio non momordit. Atque ideo omnis Diabolica illa tentatio foris, non intus fuit.*

D. Thom. p. 3. q 41 art. 1. ad 3. Ratio. *Tentatio quæ eſt ab hoſte poteſt eſſe ſine peccato, quia fit per ſolam exteriorem ſuggeſtionem. Tentatio autem quæ eſt à carne, non poteſt eſſe ſine pec-*

ne peccato. quia huiusmodi tentatio fit per delectationem, & concupiscentiam.

D. Aug. *Nonnullum peccatum est quando caro concupiscit aduersus spiritum.*

Illa intestina sunt infamia.

Caietanus in marginal. annot. ad D. Thomam Ibid. quærit, Num tentari ab intrinseco peccatum sit. (Aliud est loqui, inquit, de concupiscentia & delectatione naturali, & aliud de concupiscentia & delectatione aduersus spiritum. Naturalia siquidem, vt sic, non exorbitant à recta ratione, ac per hoc non tendunt aduersus spiritum, sed à ratione necesse est declinare eas, quæ contrariæ sunt spiritui.

Delectatio naturalis non est vitiosa.

Patet, primo quia fuisset in Adamo in statu innocentiæ.

Et secundo Christus esuriens & sitiens, & fatigatus delectabatur bono pane, bono potu, sessione &c.

Notandum autem Christum vitium in se nullum admisisse, ac omnium minime vitium carnis.

Imo nec in suo collegio.

Permisit quosdam labi in	1. *Ambitionem,*	*Dic vt sedeant &c.*
	2. *Contentionem,*	*Facta est contẽtio, qui eorum &c.*
	3 *Furtum,*	*Quia fur erat &c.*
	4. *Proditionem,*	*Iuda osculo filium hominis tradis?*
	5. *Apostasiam,*	*Omnes relicto eo fugerunt*
	6. *Negationem &c.*	*O homo non sum &c.*

Nullum in luxuriam, vel eius suspicionem.

Quia vitium illud maxime bestiales facit.

D. Thom. 2. 2. q. 152. art. 4. ad 3. *Inter vitia intemperantia præcipue sunt exprobrabilia peccata venerea, tum propter inobedientiam genitalium membrorum, tum etiam propter hoc, quod ratio ab huiusmodi maxime absorbetur.*

Mentem & corpus fœdat.

NOTÆ CONCIONIS XIV.

Cum ieiunâsset 40. diebus &c.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum
- *1. Cur Christus ieiunârit.*
- *2. Ieiunium quotuplex, & quid, verum ieiunium.*
- *3. Quis ieiuniorum fructus.*
- AVE MARIA.

I.

Cur Christus ieiunârit.

Christum non decebat conuersationis austeritas, nisi ad tempus.

Christus pro se ieiunare non debuit, qui nihil proprii, nec originalis inquinamenti habuit. Ieiunat tamen 40. &c.

Cur?
- *1. In remedium*
- *2. In exemplum.*
- *3. In incitamentum.*

* In remedium.

Isai. Non temere dicit: *Filius datus est nobis &c.*

Luc. *Natus est vobis hodie Saluator*

Isai. Vere languores nostros ipse tulit.

Dicunt Hebræi nolentes peccata patrum suorum portare, prouerbium.

Ezech. 18. *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt.* Ibi iurat Dominus id non fore.

Gratis venundati estis, gratis redimemini.

Psal. *Quæ non rapui tunc exoluebam,* de Christo.

Ieiunat ergo Christus in remedium gulæ nostræ in Adão.

Procopius Gaz. in exod. *Ieiunat, vt immoderatum primi parentis appetitum, temperantia curaret remedio.*

D. Ambros. lib. 4. in Luc.] *In deserto esurit, vt cibus primi hominis, quem prauaricatione gustauerat, ieiunio Domini solueretur.*

Pater noster Adam, omnia nostra dissipârat, gula: Melior secundus

cundus Adam colligit & congregat dissipata, ieiunio. Oeconomus primo melior.

Osee 11. *Ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachiis meis, & nescierunt quod curarem eos.*

Nutrix licet sana, medicamenta sumit, vel amara, vel dulcia, vel certe ab aliquibus abstinet, in gratiam infirmi paruuli. Ita Christus &c.

Christus curauit nos	1. *Dieta,*	hic ieiunans.
	2. *Sudore,*	sudans sanguine, in horto.
	3. *Potione,*	acetum cum felle mixtum gustans in cruce.
	4. *Minutione,*	lancea perfossus.
	5. *Sacrificatione.*	flagellis cæsus.

O bonum Patrem! *Quid retribuam Domino? &c.*

+ *In exemplum.*

D. Ambros. ex 82.] *Saluator volens nos aduersus Diaboli tentamenta fortiores reddere, certaturus ieiunauit, vt sciremus quia aliter illecebras mali non possemus vincere*

D. Thom. p. 3. q. 41. art. 3. in corp. *Per hoc quod ipse ante tentationem futuram ieiunauit, docuit quod per ieiunium nos oportet contra tentationes armari.*

Chrysost. in Matth. *Christus ieiunauit, non ieiunio indigẽs, sed nos instruens.*

Theophyl in 4. Matth. *Ieiunauit: vt ostendat quod magna armatura contra tentationes sit ieiunium, sicut principium omnis peccati, delicia.*

1. Cor. 6. Inter arma iustitiæ, ieiunia memorantur.

Rursus in exemplum, vt qui docturi sunt alios, operari primi incipiant &c, *Cœpit Iesus facere & docere* Act. 1.

Castigo corpus meum &c ne forte cum aliis &c.

Beda tom. 5. lib 1. in 4. Matth.] *Hoc ieiunio nobis post baptisma omni tempore præsentis seculi, sobriè viuendum suggeritur, vt à vitiis & amicitia mundi ieiunetur.*

*iij. *Ad incitamentum.* vt scilicet ex esurie sequente ieiunium, fieret hostis audacior, ad congressum, occasione arrepta.

Forte etiam vt peccatorem arbitraretur hostis, quem videret instar peccatorum ieiunare.

Ieiuni-

II.

¶ Ieiunium quotuplex, & quid, verum ieiunium.

Ieiunium ratione obiecti
- 1. *Spirituale* — versatur circa vitia, de quo cras.
- 2. *Corporale* — Circa cibos: generaliter dicitur vnica comestio, cum abstinentia à cibis quibusdam.

Corporale
- 1. *Natura*.
- 2. *Ecclesia*.

Corporale multiplex ratione subiecti
- 1. *Bonum* — Bonorum Christianorum in statu gratiæ.
- 2. *Malum* — Malum vel inutile, auarorum, hypocritarum &c.
- 3. *Mediũ* — Medi eorum, qui Catholicè ieiunant, cum peccatis.

Malum ieiunium vel inutile
- 1. *Gulosorum*, quod gula præcessit: lupinu m dici & leoninum potest, nam lupus & leo post iniurgitationem nimiam diebus aliquot dicuntur ieiunare.
- 2. *Auarorum*, vt sumptibus parcatur.
- 3. *Manichaeorum*, docentium quosdam cibos immundus ideoque ab illis abstinentium.
- 4. *Pharisaeorum* vt exterminent facies suas &c.
- 5. *Philosophorum*, propter ἐπιεικιαν quandam & modestiam.
- 9. *Medicorum*, vt corpus, diætâ leuetur humoribus peccantib.
- 7. *Politicum*, Anglo-Caluinistarum, quorũ edicto publico præscriptum est, vt feriis etiam quartis, præter sextam feriam & sabbathum, piscibus vescantur omnes, ne piscium & nauigationis vsus pereat aut detrimentum patiatur.
- 8. *Coactum*, tempore famis, vel sterilitatis, nisi condiatur patientia & fide,

Medium, eorum qui ieiunant, vt oportet, hoc excepto. quod peccata non deserant.

Definitur sic communiter; *Ieiunium est vnica tibi completa refectio hora oportuna.*

Aliter: *Ieiunium est abstinentia à rebus comestibilibus aut potabilibus, ob diuinam reuerentiam, ad carnis macerationem assumpta.*

III.

Quis ieiuniorum fructus.

Gregor. in præfat. Quî corporali ieiunio.
1 *Vitia comprimis,* carnis maxime,
2. *Mentem eleuas*
3 *Virtutem largiris*
&
4. *Præmia.*

*j. *Vitia comprimuntur.*

D. Ambros. lib. 6, hexameron c. 4.] *Ieiunia inquit, si vis vincere: Vides quanta ieiuni hominis vis sit, vt sputo suo terrenum serpentem interficiat.*

D. Leo ser. de ieiunio 10. mensis. *Per voluntarias afflictiones abstinentia, caro concupiscentiis moritur, & Spiritus virtutibus renouatur.*

D. Greg. 30. moral. *Nullus palmam spiritualis certaminis apprehendit qui non in semetipso prius, per afflictam ventris concupiscentiam carnis incentiua deuicerit. Neq; enim ad conflictum spiritualis agonis assurgitur, si non prius inter nosmetipsos hostis positus gula scilicet appetitus edomatur. Quia si non ea, quæ nobis sunt viciniora prosternimus, nimirum inaniter ad ea, quæ longe sunt, impugnanda transimus. Incassum namq; contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra ipsa vrbis mœnia ciuis insidians habetur.*

Cypr. ser. de ieiunio & tentat. Christi] *Ieiuniis vitiorum sentina siccatur .. Extinguitur ardentis Æthnæ incendium, & flammiuomi fornax Vulcani extincta intrinsecus, montes coaterminos non adurit.*

Quasi ros refrigerans tres pueros in fornace Babylonis, ieiunium.

Ioan.

Ioan. Cass. lib. 5 de instit. monach.] *Nunquam poterit ardentes concupiscentiæ stimulos inhibere, quisquis desideria gulæ refrenare non quærit.*

D. Ambros. ser. de gula] *Fames amica virginitati est inimica lasciuiæ, saturitas vero castitatem perdit, & nutrit illecebram.*

Prou. *Sine Cerere & Libero friget Venus.*

Prou. 26.] *Cum defecerint ligna extinguetur ignis.*

2. Reg. 14. Absalon coegit Ioab ad se venire tergiuersantem, combustione segetum.

Samson vulpibus faciferis &c.

Genes. Ancilla Saræ grauidata contemsit Saram, sitiens in deserto humiliatur.

Daniel. 14 Daniel destruxit primo idolum Bel, cui epulæ quotidie deferebantur, postea draconem sub eo latitantem, gula primo domanda, deinde draco luxuriæ succubans.

Ieiuniū simile agno casto arbori, cuius flos & semen (teste Dioscoride) suo odore & vsu, homines casteos reddit. Euaporat spiritus, superflua alimenti resecat &c.

Si olla despumat, minuendus ignis.

Si equus recalcitrat, minuendus pastus.

Isai. 31. *Equi eorum caro.*

2. Cor. 12. *Cum infirmor, tunc fortis sum.*

Ieiunio fortis Samson.

Iudic 13. Angelus iubet eum abstinere à vino & sicera &c. à cibis immundis. Quis tamen Samsone fortior?

Samson erit interior noster homo, si ieiunemus,

Bella corporalia, requirunt carnosos luctatores &c. Spiritualia macilentos.

Genes. Septem vaccæ macilentæ, consumunt septem pingues.

Basil. homil. 1. de ieiunio. *Ieiunium inuictum Samsonem fecit.*

Idem ibidem ait, quod quando luctandum cum homine, caro bene nutrienda, quia ibi caro in carnem pugnat &c. Sed est nobis colluctatio aduersus Spiritū. *Ephes.* 6. Spiritu ergo in Spiritum dimicandum.

Isid. lib. 2. de summo bono c. 44.] *Ieiunia fortia tela*

sunt

sunt aduersus tentamenta dæmoniorum, cito enim per abstinentiam deuincuntur.

Matth. 17. *Hoc genus dæmoniorum &c.*

Vide Chrysost. homil. 1. *in Genes.*

Qui aliter, ille se suo iugulandum gladio porrigit.

Rom. 8. *Si spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis.*

Psal. 34. *Ego cum mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam.*

Veger. lib 3. de re milit. c. 9.] *Fames vt dicitur intrinsecus pugnat, & vincit sæpius sine ferro.*

Vide tom. 2. Academiæ nostræ in illud: *Et facta est fames valida in regione illa* Luc. 15.

*ii. *Mens eleuatur.*

Serpentes magni ieiunii vitæ longioris sunt, & ingenii acutioris.

Genes. 3. *Serpens callidior &c.*

Serpens senescens, pellem vt exuat, cibo abstinet diebus pluribus.

Daniel 1. Pueri, qui erant de semine regio, & de filiis Israel, nolentes vesci regio cibo &c. facti pulchriores, & clariores scientia.

Daniel vel somnia nôrat Nabuchodonosoris, & interpretationem. Ieiunii ocularibus, vidit quo anno Christus nasceretur, vidit defecturam triduo hostiam &c.

Act. 10. Petrus ieiunans docetur de baptisandis gentibus.

Philosophorum, qui sobrii, optime senserunt.

Epicurus porcus absurdissimus.

Falco tenuissimè nutritus altissime volat, & prædæ infestissimus.

*iii. *Virtutem largiris*, ait Gregor.

Vel corporis vel animi } Nam sanitas corporis maxima sobriis.

Cypr, ser. de ieiunio & tentat. Christi.] *Quotquot viros virtutum videmus, sine ieiunio non legimus ascendisse.*

*iiii. Et-

**iiii. Et præmia.*

Hic	*dæmonum expulsionem* *carnis subiectionem* *orationũ exauditionem* *pœnarũ mitigationẽ &c.* *Spiritus S. gratiam.* 1. Esdræ 8. act. 1.	ibi	cænam æternam	

Iud. 20. Ob cladem acceptam, in prælio contra tribum Beniamin, ieiunat reliquus Israël.

1. *Reg.* 31. clade præ foribus &c.

2. *Paral.* 20. congregatis filiis Amon, filiis Moab. &c. in Iosaphat, ipse Iosaphat totum se contulit ad rogandum Deum, & prædicauit ieiunium vniuerso Iuda.

Hester 4. 13. 14, cæde Israël imminente per fraudes Amã.

Iona. 2. 3. imminente excidio Niniues.

D. Greg. homil. 16. in Euang. hoc] *Qui à Paradisi gaudijs per cibum cecidimus, laborare debemus, inquantum possumus, vt per abstinentiam resurgamus.*

Idem. *Caro læta traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam.*

Sponte ieiunemus ad meritum, ne coacti bellis, sterilitate &c. ieiunemus ad supplicium.

NOTÆ CONCIONIS XV.

Cum ieiunâsset 40. diebus &c.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum
- 1. *De conditionibus boni ieiunii.*
- 2. *De iis, qui à ieiunio corporali excusantur.*
- 3. *De ieiunii spiritualis necessitate.*

AVE MARIA.

I.

¶ *Conditiones boni ieiunij, quæ.*

condi-

Conditionum
- 1. *Intentio recta,*
- 2. *Refectio vnica, completa, non redundans,*
- 3. *Ciborum delectus,*
- 4. *Refectionis hora.*

* j. Ieiunandum
- 1. *Ad honorem Dei,*
- 2 *Ad remissionem peccatorũ suorũ, vel alienorũ.*
- 3 *Ad obicem futuris ponendum,*
- 4 *Ad pœnarum mitigationem.*

D. Chrysost. serm. 1. de ieiunio] *Ieiuna, quia peccasti, ieiuna ne pecces, Ieiuna, vt accipias, Ieiuna vt accepta custodias.*

Ieiunat, iustus, medicus, simulator, auarus,
Spiritui, carni, laudi, studio retinendi, ait quidam.
Ieiunans spiritui, solus meritorie.
2. *Reg.* Dauid ieiunauit pro filiolo ægro.
2. *Reg.* 1. Saul & filiis occisis.

* ij. *Refectio vnica* cibi completa non redundans. Contra eos qui se ingurgitant vnica refectione, tantum cibi sumentes vna, quantum duabus.

Intentiones legislatoris
- 1. *Vt caro mortificetur*, sed illa ingurgitatione magis reuiuiscit.
- 2. *Vt mens eleuetur*, sed sic magis deprimitur, & indormit.
- 3. *Vt pauperi detur. quod corpori subtrahitur.* Sed sic nihil subtrahitur. Quid interest, an assem. accipias.

Vel semisses duos, totum cibum sumas refectione vnica, an duabus?

* iij. *Ciborũ delectus* Vt à carnibus, ouis, & lacticiniis pro more Diœcesis abstineas, non tamen tanquam à rebus malis.

Concilium Ancyranum c. 14. Niceno vetustius, habitum à nato Seruatore anno 308. *Qui à carnibus abstinent, non eas tanquam immundas contemnant.*

Concil. Tolet. primum c. 21. celebratum contra Priscillianum, qui carnes ceu immundas reiecit.] *Si quis dixerit vel crediderit carnes auium seu pecudum, quæ ad escam datæ sunt,*

sunt non tantum pro castigatione hominum abstinendas, sed execrandas esse, anathema sit.

D. Aug lib. 3. cont. Faustum c. 5.] *Christiani Catholici edomandi corporis causa, propter animum ab irrationabilib. motibus amplius humiliandum, non quod illa esse immunda credant, non solum á carnibus, verum á quibusdam etiam terræ fructibus abstinent &c.*

Gen. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erāt valde bona.*

Non nouum. Nam primis parentibus dictum:

Gen. 2. *Ex omni ligno &c. de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas: In quacunque enim &c.* carnibus quoque abstinuerunt, etiam post peccatum, vsque ad diluuium inclusiue: egresso Noe ex arca data licentia vescendi carnibus, tum ob naturæ humanæ aliqualem iam tum debilitationem, tum ob herbarum & frugum vigorem, diluuio macerante subtractum; tum per Dei indulgentiam, in qua tamen nonnihil etiam restrictionis fuit.

Gen. 9] *Omne quod mouetur & viuit erit vobis in cibum &c excepto quod carnem cum sanguine non comedetis &c.*

In lege Moysi quantus ciborum delectus?

Gregor. Nazianz. in orat. de cura pauperum, Scribit Petrum Apost. lupinis minuto asse veneuntibus, famem pellere consueuisse.

Clemens Alex. lib. 2. Pædagog. c. 1. *Matthæus Apostolus seminibus, baccis, & oleribus, absque carnibus, vtebatur.*

Hegesippus apud Euseb. lib. 2. c. 22. affirmat Iacobum fratrem Domini, nec carnes vnquam in cibum, nec vinum in potum adhibere solitum.

Procop. Gazæus lib. 1. de ædificiis Iustiniani Imp. Narrat Iustinianum, etiam grauiter infirmum, vino & pane abstinuisse, herbis, sale, & aceto contentum ieiuniis Quadragesimæ ad cibum, aqua sola ad potum.

Surius tom. 1. 8. Ianuarii c. 2. ait S. Laurentium Iustinianum Protopatriarcham Venetum ne valetudinis recuperandæ quidem gratia, carnibus vti voluisse in Quadrag. medicis multum hortantibus, cum annorum esset iam propemodum 70.

Niceph.

Niceph. lib. 12. c. 34. & lib. 8. c. 42. & Socrat. apud hist. trip. lib. 1. c. 10. legitur in quadragesima carnibus refecisse hospitem suum Spyridion. Sed notandum id fecisse aliud nihil habentem, quod apponeret hospiti: nec tacendum, quod ibi dicitur: *orans primum veniamq; petens iussit apponi*, & quod alius refugiebant vesci, aiens se Christianum; quæ non modo non faciunt pro hæreticis, sed ostendunt delectum ciborum etiam tum viguisse.

Carpe obiter delicias ciborum quadragesimalium. Vt turpe, *mundiciam in cilicio quærere* teste Hierony. in vita Pauli: ita delicias in ieiunio.

*iiii. *Refectionis hora.*

In primitiua Ecclesia in vesperum ieiunabatur.

D. Basilius homil. 1 de laude ieiunii.

D. Aug. tom. 1. lib. 1. de moribus Eccles. Cath. cap. 23. *vsquequaque vsitatissimum* ait.

D. Ambros. ser. 33.

D. Chrysost. homil. 10. in Genes.

D. Bernard. ser. 3. de Quadrag.

Postea ad horam nonam, quam nos tertiam pomeridianam vocamus, indulgentia reuocauit.

D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 7. D. Thomas sic suo tempore & etiam tempore Epiphanii.

Tandem ad meridiem. Hora non temere anticipanda, vt sit quædam differentia refectionis, illis, & aliis diebus.

II.

¶ *Qui à ieiunio corporali excusentur.*

Excusat

Excusat {
Infirmitas,
Debilitas, ergo & grauis senectus. Nam *Senectus ipsa per se morbus est* (ait ille) *& ara malorum*.
Minor ætas,
Impragnatio,
Lactatio, maxime suæ prolis,
Mendicitas, cum non potest Lazarus inops tot micas & panis fragmenta simul colligere, quot vni refectioni completæ sufficiant.
Labor necessarius, vt fossoris, tabellionis, boni exploratoris, viatoris, non tamen animi causa &c. dummodo tamen laboret non auaritiæ causa, non retinendi stipendii, quod in seruum collocare deberet, & posset.

Qui vero consuetudine mala, vel aliter minus legitime, ieiunia obseruare nequeunt, eleemosynis *consuetudinem infirmitatis sua redimere* debent dist. 14. *Non cogitantur*.

III.

Ieiunium spirituale, quam necessarium.

Corporale sine spirituali parum iuuat.

* j. Quia cessatio à peccatis, primum pœnitentiæ opus. Jmpossibile, attingere terminum ad quem per medium, nisi primo dimittatur terminus, à quo. Jeiunium corporale medium est, sed ante discedendum à termino à quo per ieiunium spirituale.

D. Aug. in 5. Ioann.] *In hoc seculo quasi quadragesimam abstinentia celebramus cum bene viuimus, cum ab iniquitatibus, & abillicitis voluptatibus abstinemus.*

D. August. *Quid prodest vacuare corpus ab escis, & animam replere peccatis? quid prodest pallidum esse ieiuniis, si odio & inuidia liuescas? Quid prodest vinum non bibere, & iracundia veneno inebriari? Quid prodest abstinere à carnibus ad manducandū creatis, & malignis obtrectationibus fratrū membra lacerare? Quid prodest si abstineamus ab his quæ ali-*

quando licent. & faciamus illa, qua nunquam licent? Ergo sic ieiunemus à cibis, vt multo magis ieiunemus à vitiis

Detrahere peius, quam humanas carnes comedere docet *Chrysost. ad pop. Antioch.*

Max. ser. de natali. *Quale illud est, quod non vesceris carnibus, & de ore tuo omni esca sordidius egreditur mendaciũ?*

Ibid. *Qui abstinent a cibis. & praue agunt, Dæmones imitantur, quibus esca non est sed semper adest nequitia.*

3. *Reg.* Hoc est ieiunium Iesabelis ad occidendum Naboth &c.

Act 23. Ieiunium eorum, qui iurârunt se non comesturos ante quam occidissent Paulum.

Isai 58. *Quare ieiunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras & nescisti*: dixit pop.

Resp. Dominus ibid. *Ecce in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra. & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis è percutitis pugno impiè, nolite ieiunare vsque ad hanc diem*

Ibid. *Nunquid id est tale ieiunium quod elegi per diem affligere hominem animam suam: Nunquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? Nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino?*

Contorquere quasi circulum caput suum, vocat vel capitis vertiginem nascentem ex nimio ieiunio frequenter, vel inclinare caput religioso more &c.

Omnes debitores vestros repetitis D. Hieronymus hunc locum exponens, dicit hinc elici, quod qui exigit à paupere debitore, illum fatigans & opprimens, cum ad victum necessaria non habeat, peccat mortaliter.

Non opprimendus. { *Debitor* / *Agricola* / *Artifex &c.*

Si debitores repetere importune peccatum, quid mercedem debitam retinere, quid furari? &c.

Ratio Quia opera pensantur ex bona voluntate, & radice charitatis.

Genes. 4. *Respexit Dominus ad Abel &c*

Iona. 3. Post quam ieiunarunt Niniuitæ dicitur, *Vidit Deus opera*

opera eorum, quia conuersi sunt à via sua mala, & misertus est &c.

Vidit quia conuersi sunt.

Ieiunare corporaliter, & non spiritualiter.

Est { *Vna manu gestare aquam, altera ignem:*
Belidum doliis aquam haurire;
Vnus ædificans, & vnus destruens:
Duplici corde esse, terram ingredi duabus viis:
Alatum esse, & rupi esse alligatum:
Esse tepidum, neque calidum neque frigidum: calet aliquo modo ieiunando, friget peccando.

Eccle. 34 *Qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem facit, quid proficit humiliando se? orationē illius quis exaudit?*

Psal. 4. *Sacrificate sacrificiū iustitiæ, & sperate in Domino.*

Ioel. 1. *Sanctificate ieiunium.*

Isai. 1. *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarū &c. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.*

Isai. 1. *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationū vestrarum ab oculis meis &c. Et venite & arguite me, &c.*

Isai 55. *Derelinquat impius viam suam &c.*

Isai. 58. *Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimētes.*

Dissolue colligationes impietatis { *Fœdus cum Mundo, Dæmone &c. fœdus cum Inferno.*
Fœdum cum hæret, fœdus cū malis, monopolia capitularia, monopolia cum aliis mercatoribus, de re tanti & tanti vendenda, &c.
Si scripturas & chirographa aliena male retines, &c.
Si debita, si vestes, agros habes, non tuos &c.

Solue fasciculos deprimentes. Omia peccata mortalia.

Psal. *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.*

Immo videtur etiam his verbis Propheta exigere, vt peccata venialia quantum fieri potest, caueamus. Nam peccatis mortalibus conueniebat magis vox fascium, quam fasciculorum.

D. Hieronymus in hunc locum ait Septuag. interpretes hîc posuisse *dissolue obligationes violentarum emptionum*). obligationes vsurarias cum clausulis Diabolicis: sit fertilis, sit sterilis annus, tamen tantum & tantum dabis &c.

Ambidextri erimus, & victores iræ Dei, si ieiunio spirituali & corporali dimicemus. *Ne Hercules contra duos*, Prou.

NOTÆ CONCIONIS XVI.
In B. Bertini.

Quadraginta diebus & 40. noctibus &c.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum:
1. *Cur 40. diebus & noctibus ieiunauit Christus, id est, tali numero dierum.*
2. *Cur nos conuenienter talem numerum ieiuniorum obseruemus.*
3. *Quædam dicta de pace, pro qua obtinenda hoc die cōmuniter supplicatum.*

AVE MARIA.

I.

Cur 40. dies ieiunârit Christus.

Tria potissimum pacis genera:
1. *Dei cum homine*, quam Deus solus componenere potuit, matrimonium cum humanitate contrahendo per Incarnationem. 2. Cor. 5. *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.*
2. *Hominis cum Deo*, quam homo componit per pœnitentiam, & opera satisfactoria, quale est ieiunium &c. mediante Christi merito.
3. *Hominis cum homine*, qualem modo omnes precamur contingere inter Regem Christianiss. & Regem Catholicum. Matth. 5. *Si frater tuus habet aliquid aduersum te &c.*

Vt vltimam istam mereamur Regibus, & secundam nobis, ieiuna-

ieiunamus, preces has publicas facimus &c. Christus vt nobis primam mereretur ieiunauit, orauit, passus est &c.

Cum ieiunasset 40. diebus &c.

Cur 40?

* j. D. Hierony. lib. 9. in c. 29. Ezech. *Hic numerus semper afflictionis & pœnæ est.*

Albinus quæst. in Genesim. *Quadragenarius tribulationem pœnitentiæ ostendit.*

D. Aug. in 5. Ioann. *Quadragenarius numerus sacratus nobis in quadam perfectione commendatur.... testantur sæpissimè diuinæ scripturæ ieiunium hoc numero consecratum esse,*

Sacer est hic numerus in præparat. & peccatorum expurgationibus.

Vise Aug ep. 26. ad Casulanum.

Gen. 6. Ter 40. annos dedit Deus mundo, spatium pœnitendi ante diluuium.

Genes. 7. Pluit super terram, ad eam purgandam, 40. diebus & 40. noct.

Gen. 18. Iusti 40. si inuenti, Sodomæ misericordiam meruissent.

Decies 40 annos seruiit pop. Israël in Ægypto.

Num. 32. annos 40. mansit in deserto.

Num. 14. *Quadraginta annis recipietis iniquitatem.*

Diebus 40. exploratores 12. circuierunt terram Chanaam.

Num. 33. *Mortuus Aaron 40. anno egressionis.*

Diebus 40. purificatur mulier edito masculo.

Ezech. 4. Diebus 40. portabat Ezechiel peccata domus Israel.

Annis 40. ædificatum templum Salomonis.

Ionæ 3. *Adhuc. 40. dies, & Niniue subuertetur.*

Septimanis 40. Christus in vtero virginis.

Die 40. oblatus in templo.

Mensibus 40. prædicauit Euang.

Horis 40. mortuus & sepultus.

Act. 1. post resurrectionem per dies 40. apparens.

Anno 40. à morte Christi, deleta Hierusalem per Rom. teste Egesippo.

Christus ieiunat hic 40. diebus & 40. noctibus.

* ij. Ne minor Prophetis, aut discors videretur.

Rupertus lib. 6. de gloria & hon. filij hominis in 6. Matth.] *Primus omnium ieiunasse legitur Moyses. Nam ex quo primus homo &c. nullus recogitasse legitur, vt per ieiunium faciem Domini complacaret &c. Sponte ieiunauit Moyses &c.*

Primo vt legem acciperet:

Secundo pro peccatis pop. Deut. 9.

3. *Reg.* 19. Helias semel.

Moyses in monte, ante legem.

Elias in itinere, sub lege.

Christus in deserto sub gratia.

Beda tom. 5. in 4. Luc. *Totidem diebus Dominus ieiunauit,* (quot sc. Moyses & Elias) *demonstrans Euangelium non dissentire à lege & Prophetis.*

* iii. Quia quadripertitus est mundus, in Orientem, Occidentem &c. cuilibet orbis parti dena ieiunia assignat.

Vel quia quatuor anni temporibus delinquimus { *Vere.* / *Æstate.* / *Autumno.* / *Hieme.* }

Vel quia quatuor modis in Decalogum, peccamus cuilibet modo peccandi, dena ieiunia sua opposuit.

Peccamus	1. *Corde vel cogitatione*	in	2.	*non concupisces vxorem.* / *non concupisces domum.*
	2. *Ore vel locutione.*		2.	*non assumes nomẽ Dñi &c.* / *non falsum testimoniũ &c.*
	3. *Manu vel Opere.*		3.	*non adorabis Deos alienos.* / *non occides* / *non mœchaberis.*
	4 *Omißiõe.*		2.	*Diem Sabbathi sanctifices.* / *Honora patrem &c.*

Cur Christus non excesit 40.

* i. Ne Deitas eius agnosceretur à Diabolo.

1. Cor. 2. *Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.*

Per vxorem Pilati conatus est Dæmon &c.

Theophyl. in 4. Luc. *Mensuram ieiunii Mosis & Heliæ*

non

non transgreditur, vt ne det Sathanæ hoc loco suspicionem se illis esse maiorem, sed accessum ad se putanti quod & ipse homo sit.

D. Bernard. homil. 2. S Missus est. *Oportebat à Principe mundi aliquandiu celari diuini consilii Sacramentum &c. vt in magnifico opere suo nostræ redemptionis, non tantum potentiam sed & prudentiam ostenderet Deus.*

* ii. Ne Manichæi & similes hæretici, de veritate corporis assumpti dubitarent. Si enim diutius Moyse & Helia ieiunasset, credi poterat non verus homo.

Chrysost. *Ne scilicet rei admirandæ excessus incredibilem faceret suscepti hominis veritatem.*

Theophylact. in 4. Luc.] *Vt ne videatur apparenter tantum Incarnatus.*

Idem in Matth. 4.] *Si plures ieiunasset, visa fuisset incarnatio eius fictitia & apparens.*

II.

Cur quadragenarium ieiunium Christianis.

* i Quidem, vt singulis peccandi modis ieiunia dena opponamus, dictum sup.

* ii. Vt decimas dierum anni Domino offeramus, cum primitiis.

D. Gregor. homil. 16. in Euang. A Dominica prima vsque ad Pascha, sunt sex hebdomadæ, à quibus si subtrahantur sex dies Dominici, in quibus non ieiunatur, & si addis quatuor priores dies, remanent 40. dies abstinentiæ, qui sunt decima pars anni.

Annus communis vel solaris habet 365. dies & sex horas: bissextilis 366. dies completos, quorum, præterquam sex dierum, decima est triginta sex, & ne sex residui indecimati remaneant, additur vnus, quia minus addi non potest.

Tres autem alii superadditi soluuntur pro primitiis.

Cassianus collat. 21. c. 29.] *Quadragesimæ legem illis qui per totum anni spatium deliciis, vel negotiis secularibus implicantur, Ecclesiarum principes statuerunt, vt vel hac lega-*

li quodammodo necessitate constricti, saltem diebus vacare Domino cogerentur, ac dierum vita sua, quos totos quasi fructus quosdam fuerant voraturi, vel decimas Domino dedicarent.

Vel Turcæ Deo tales decimas reddunt.

Bartholomæus Georgieuich Hungarus Peregrinus Hierosol. lib. de Turcarũ ritu & cæremoniis cap. de Quadrag.) *Habent Turcæ etiam Quadragesimam sua lingua* Oruts *appellatam, ieiunantes vnum mensem, & vnam hebdomadam singulis annis, at non semper eundem. sed si (videlicet hoc anno.) ieiunauerint Ianuarium, sequenti Februarium, pergentes serie. ita vt 12. annorum decursu, vnum & 12. hebdomadas loco decimæ offerant Deo.*

Fide summa decimandum.

*iij. Quia ex 4. elementis compositum est corpus, per quod sæpe Decalogum præuaricamur.

D. Gregor. homil 16 in Euang. *In hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus! & per voluptates eiusdem corporis, præceptis Dominicis contraimus. Præcepta autem Dominica per decalogum sunt accepta Quia ergo per carnis desideria, Decalogi mandata contempsimus, dignum est, vt eandem carnem quater decies affligamus.*

III.

Extra rem hic de pace, quod hoc die pro pace publicâ, publicæ preces ac supplicationes.

Alias de aliis causis institutæ 40. Nunc quia pacis impetrandæ gratia conuenistis, aliquid de pace disseramus, & videamus, quæ nos, ad illam amandam, hortentur, vt tanto etiam ardentius inquiramus votis, & precibus persequamur.

Qui ad pacem inuitant.

*j. Ipsa summæ Trinitatis concordia. Tres personæ dicuntur vnus Deus, non solum substantiæ identitate, sed etiam voluntatum vnione.

Ego &

Ego & pater vnum sumus.

Dicatur Deus pacis: pax Dei, imo Deus pax ipsa, & Charitas.

Ephes. *Ipse est pax nostra.*

Ioan. *Deus charitas est.*

*ij. Quod ne Angelum quidem parum pacificum, in cælo tolerare voluit, aut potuit Deus.

Videbam Sathanam sicut fulgur de calo cadentem.

Pacifici, diuinæ consortes naturæ.

Matth. 5. *beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.*

*iij. Quod luens hic Mundus, pulcra constet concordia & est vere Mundus & pulcer, si concors,

Elementa omnia suo loco contenta,

Genes. 1. *Congregentur aquæ in locum vnum.*

Posuit mari terminum.

Quatuor anni tempora placide miscentur, & sensim sibi inuicem cedunt Ver, Æstas, Autumnus, Hyems.

Nox & dies æquam curant vterque partem,

Sol & Luna concordes, præest vnus diei, altera cum stellis nocti, decreto Dei. *Genes. 1.*

Qualis mundus, si quodlibet horum prædominari vnum omnibus velit!

*iiij. Quod elementarium qualitatum concordia, hominem sanum reddit &c.

Cum calor prædominari vult, fit acute febricitans &c. cum humor, fit rheumaticus &c. morbi, ex horum discordia.

Microcosmos homo. Vt enim magnus mundus hic, elementis constat &c. vt eorum concordiâ fit stabilis &c. vt ab vno vbique regnante & præsente Deo regitur. *Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus, Mens agitat molem,* vt ait Virgil. ita Microcosmos, ab anima tanquam paruo Deo vbique existente regitur elementis, & eorum pace constat.

*v. Quod pax sit Syntaxis quædam propria Christianorum.

Turpe Oratori, Si Oratoriam professus, non possit iungere mobile cum fixo per Syntaxim: turpe Duci militum, si gladium stringere, vel equum flectere non possit, Musico, si dissonet &c.

Turpius Christiano perfectionem professo, in cuius legẽ semper auditur Charitas, charitas: *plenitudo legis dilectio* &c. perpetuis discordiis agitari.

Principium, medium, finis perfectionis, charitas.

Syntaxis Christianorum omnium, charitas.

Ioan. 13. *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei eritis* &c.

*vj. Quod concordia eos succrescere faciat.

Salust *Concordia res parua crescunt, Discordia* &c.

Roma temporalis à Romulo fundata, à paruis initiis, à casâ facta est caput mundi. *Romanos rerum Dominos* ait Virgil. At rediit ad casas eius imperium, per discordias.

Roma spiritualis, Ecclesia Rom. fundata à Christo meliori Romulo, ab humili præsepio Christi, à re piscatoria, facta est Domina gentium per concordiam credentium primitiuorum.

Act. *Credentium erat cor vnum, & anima vna.*

Omnes quasi vir vnus.

Deficiet apud nos hæc Roma, si discordes viuamus &c.

Luc 11. *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur.*

Omne omne regnum, & Romuli & Christi, si diuisum.

Nazianzenus orat. 1. de pace. *Dissidii filia dissolutio.*

*vij. Quod turpe, malos concorditer viuere, Christianos non item.

Non solent duo ligna curua communiter apte iungi, vt cohæreant; nec mali malis facile coaptantur, sed tamen coaptantur.

Quam concordem videmus Pilatum & Herodem, & Hæreticos & Turcas, in ruinã Christi! Nos nihil pro Christo &c.

Oremus ergo, & opportune importune orantes cogamus Deum &c.

D. Hierony. *Impossibile est multorum preces non exaudiri.*

NOTÆ CONCIONIS XVII.

Quadraginta diebus & 40, noctibus.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicen-

Dicendum
1. *De numero, cur nec infra nec supra 40. dies ieiunarit Christus.*
2. *De qualitate temporis, cur noctes & dies dicatur ieiunasse.*
3. *Cur nobis ieiunandi 40. & cur non eodem tempore aut mense ieiunemus, quo Christus.*

AVE MARIA.

I.

Cur dies præcise quadraginta ieiunarit Christus.

In scriptura sancta nulla tautologia, nullus apex vanus, vt in aliis script. Cur ergo additur *& 40. noctibus?* Dicendum hoc, si tamen prius de numero pauca, cur scilicet eum non excessit, nec minuit.

* i. *Ratione Iustitiæ* attigit 40. vt plene ac summo iure ageret in materia satisfactionis, pro peccatis nostris.

Deut. 25. iubet Dominus, Iudices Israel plagis iubere verberari, quem viderint dignum, *ita duntaxat Vt quadragenarium numerum non excedant.*

Ibid. *Secundum mensuram delicti &c.*

Iudæi autem ne forte transgrederentur numerum lapsu memoriæ, vel errore numeri, tantum triginta nouem ictibus feriebant, tum vt se ostenderent clementes, & humanos.

2. Cor. 11. *A Iudæis quinquies quadragenas Vna minus accepi.*

Pro magnis peccatis, virga duntaxat castigandis, iure summo (*à la rigueur*) debebantur 40. plagæ: non attingere illum numerum, erat clementiæ; attingere, rigoris, summi iuris.

Christus personam omnium peccatorum cuiusuis temporis induerat.

Vt ergo summo iure plecteretur, ieiuniorum diebus 40. quasi plagis flagellorum 40. voluit Christus verberari.

* ii. *Ratione clementiæ*, & humanitatis discretæ, non est supergressus: ne esse videretur in se nimis inhumanus, ac sui homicida: fecit enim, quod alii ante eum fecerant Moyses & Helias, homines passibiles, similes ei. Ruper.

Rupert. lib. 3. de gloria & hon. filij hom. in 4 Matth.] *Vlterius siue diutius ieiunando illum affligi, nimia fuisset seueritatis.*

Prou. *Summum ius, summa iniuria.*

Prou. *Qui nimis emungit, elicit sang.*

Noli esse iustus nimis.

Vino & oleo vtitur Samaritanus. *Luc.* 10.

Virga & manna in arca test.

Spina & rosa &c.

*iij. Ne Diabolus Deum opinaretur &c. sup. dictum.

II.

Cur Christus noctibus etiam ieiunârit.

Et cum ieunâss. 40. dieb. & 40, noctibus.

*j. Quia nocte, multa à multis mala perpetrantur.

Iob. *Oculus adulteri obseruat caliginem.*

Qui male agit, odit lucem.

Daniel. *Nemo nos videt,* aiunt senes Susannæ.

Ouid. *Nox & amor vinumq; nihil moderabile suadent.*

Nocte cœnæ: nocte cædes: nocte tripudia: nocte latrocinia: nocte furta, & furta *Aquæ furtiuæ dulciores.*

Iob. *Noctem verterunt in diem.*

Die lasciuitur in stratis in multam lucem, &c.

Vt ergo pro peccatis quolibet tempore perpetratis satisfaceret &c.

*ij. Forte ad denotandum, quod somno vsus non fuerit illis noctibus, & pernoctans in oratione &c. verè etiam ieiunare dici potest.

Nec nocte reficiebatur, nec die; nec somno, nec cibo? *qui dormit, prandet.*

Certe Moyses vtens colloquio Dei 40. diebus & noctibus in monte Sina, non potuit cum decoro dormire: nec Christ⁹.

Adde quod & alias Christus pernoctârit in oratione.

*iij. Ne tu putes eum ieiunasse sicut Hebræi, qui die à cibo abstinentes, nocte edebant. *Euthymius. D. Thom in Matth.*

Bartholo-

Bartholomæus Georgieuich Hungarus peregrinus Hierosl. lib. de Turcarum ritu c. de quadrag] *Turcis visâ stellâ licet omnia manducare, præter suffocatum & porcinas carnes.*

*iiii. Forte etiam additum 40 *noctibus*, vt tempore quolibet aduersitatis & prosperitatis, Domino ieiunemus. Dies, prosperitas.

Luc. 19. *Et quidem in hac die, quæ ad pacem tibi.* Nox aduersitas.

Ouid lib. 1. de Trist.] *Tempora si fuerint nubila, solus erit.*
Quidam in prosperis boni.

Psal. *Confitebitur tibi cum benefeceris ei.*

Psal. *Ego dixi in abundantia mea non mouebor &c.*

Auertisti manum tuam, & factus sum conturbatus

In tempore tentationis recedunt.

Si non fuerint saturati & murmurabunt

Alii in aduersis optimi.

Domine in angustia requisierunt te.

Psal. *Imple facies eorum ignom.*

Matth. 9 *Venient Dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.*

Rupert. lib. 8. de gloria & honore filii hom. in Matth. 9.] *Merito redarguebantur Iudæi à dicente; Nunquid ieiunium ieiunastis mihi? quia videlicet propter temporalia bona flent, & ieiunant quia desunt, non Domino ieiunant.*

Carbunculi sunt tales, qui dicuntur nocte rutilare, die pallescere.

Fons in Idumæa, nocte feruidus, die frigidus

Lucret. lib. 6. *Est apud Hammonis fanum fons luce diurna Frigidus, at calidus nocturno tempore fertur*, frigore impotabilis, calore tactui intolerabilis.

III.

Cur Christianis Quadragesimale ieiunium.

1 Ad imitationem Christi.

1. Petr.

1. Petr. 2. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum &c.*

D. Aug. ex 119. *Quadragesima ieiuniorum habet authoritatem & in veteribus libris, & ex Euangelio, quia totidem diebus Dominus ieiunauit.*

D. Ignatius epist. ad Philip. *Quadragesimam nolite despicere, imitationem enim habet conuersationis Christi.*

D. Ambros. ep. 82. contra Arrianos. *Quia isti ieiunandum negant, &c.*

Idem ser. 36 *Cælesti maiestate præceptus &c.*

Clemens Rom. lib. 5. const. Apost. c. 15.

Obiectiones variæ in Quadragesimale ieiunium Catholicorum.

*1. *Caluinus in harmonia, & lib. 4. instit. c. 12. sect. 19. &* 20. Christus diebus 40. & 40. noctibus ieiunauit sine cibo & potu. *Si* ergo ipsum libet imitari, ieiunare etiam nos oportet sine cibo & potu.

Respond. Imitari non est æquare, sed conari ad similitudinem aliquam.

Imitantur multi Cic. Virgilios, nec tamen assequuntur.

Horat. *Pindarum quisquis studet æmulari* i. imitari,

Ille ceratis ope Dædalea
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina Ponto.

Thimæus historiographus voluit imitari Thucydidem illum magnum, tamen Thymæum Pindarus dixit, fuisse quasi peditem, lento pede præsumentem assequi citissimum cursum currus Lydiæ.

Cicero imitatus Platonem, nec tamen forte æquauit.

Actionum Christi quædam	*possibiles homini*	imitandæ.
	Impossibiles	admirandæ, vt sunt miracula.

Actionum aliquid	*imitabile*	Vt est res ipsa, opus ipsum ieiunii:
	inimitabile	modus agendi, sine cibo tot diebus: sanare in instanti, &c.

Sancti

Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum.

Matth. 5. *Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis.*

Luc. 10. narrata Samaritani charitate in vulneratum, additur: *Vade, & tu fac similiter.*

Philipp. 3. *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi:* tamen Paulus non æquauit Christum.

Ephes. 5. *Estote imitatores Dei sicut filii charißimi & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.*

Secundum rerum nostrarum modum igitur intelligenda hæc.

Vide Chrysost. ser. 1. de ieiunio. Vbi sic fere respondet.

D. Aug. ser. 69 de temp. feria 4. Hoc ieiunio discerni docet Christianos à gentibus ab Hæreticis, Catholicos.

* 2. *Caluinus* ait Christum non ieiunasse ad imitationem prouocandam, sed vt sic incipiens conciones habere eas, diuinitus acceptas demonstraret, vt raperet in admirationem. Nam si ad imitationem, certe humano more ieiunasset. *Caluin. lib. 4. inst. c. 2.*

Resp. Ieiunasse Christum ad imitationem, Patres docent contra Caluinum; aiunt isti, iste negat, quibus magis credendum?

Ieiunasse ad autorandas prædicationes verum est, sed non ideo tantum.

Item, vt fieret admirabilis, non humano more ieiunasse: & id verum; sed non hic solus finis ieiunii, qualitatis tantummodo finis. Aliud res, aliud qualitas rei.

Exemplar etiam & ipsum archetypum, perfectiora esse imagine inde deprompta, nihil mirum.

* 4. *Caluinus* rursus. Ergo tantum semel in vita ieiunanda quadrag. quia Christus tantum semel &c.

Respond. Multa à Christo semel facta, quæ nobis sæpe repetenda, tempore suo.

Christus tantum post ieiunia tentatus legitur, alias non:

Christus semel tantum tributum dedisse videtur:

Semel dedisse corpus suum: semel lauisse pedes:

Semel orasse pro inimicis in cruce: Quis dicat, nobis satis esse, semel orare pro inimicis? &c.

Vnius

Vnius exemplaris, multæ imitationes.

Ad vnius Alexandri vultum, multas tabulas Apelles pingere potuit.

*3. *Rursus:* Quadragesimale ieiunium triplicatum annue damnatur in Montanistis: Ergo.

Resp. Non opus, sed operis intentio, sicut ipsa abstinentia à cibis quibusdam damnatur in Petro, postea etiam in Manichæis, non tamen in Catholicis.

D. Franciscus tres in anno Quadrag. ieiunabat.

D. Bonau. in vita eius, non tamen reprobatus; quod alia illius, alia Montanistarum intentio.

D Hierony. ep. ad Marcellam. *Montanistæ tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint Saluatores.*

*.5. *Rursus:* Non quia Moyses Legislator, & Elias Propheta ieiunarant, ideo Iudæi reliqui tenebantur &c.

Resp. Non veni soluere legem, sed adimplere.

Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scrib: & Phar.

Christus adimpleuit perfectius ieiunando, & perfectius ad perfectiora prouocando, verbo & exemplo.

Cur nos alio tempore, quam Christus ieiunemus.

Christus ieiunauit mox post Epiphaniam:

Nos quasi diebus 40. postea.

*i. Vt ostendat Ecclesia, ieiunare se ad imitationem Christi.

Exemplaris complementum expectat imitator, antequam imitari incipiat.

*ii. Vt circa tempus passionis Christi, sed aliquod tempus compassionis Christiani, vt non sit sola mortificatione vitiorum commortuus Christo morienti, sed etiam carne commoriatur, per ieiunium.

2. Reg. 11. *Arca Dei & Israel, & Iuda habitant in papilionibus, & Dominus meus Ioab, & serui Domini mei super faciem terræ manent, & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam, & dormiam cum vxore mea? per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ, non faciam rem hanc.*

Christus

Christus morietur, & Christianus aliquo modo ei non commorietur?

D. Aug. ep. 119. cap. 15. *In qua anni parte congruentius obseruatio Quadragesima constitueretur, nisi confini atque contigua Dominica passioni?*

Chrysost. serm 1. de ieiunio: *Ecclesia ob hanc gratiam ieiunat, Iesu opus agnoscens, vtpote cum crucifixo crucifixa, & vt dum patitur cum Domino, cum Domino glorificetur.*

Leo ser. 9. de quadrag *Maiora hac sunt ordinata ieiunia, vt per commune consortium crucis Christi, etiam nos aliquid in eo, quod propter nos gessit, ageremus.*

Rom. 10 *Si compatimur, & conglor.*

Gregor. Nanzianz. orat. 3. in S. Lauacrum] *Nostrum ieiunium vt Christo commoriamur operatur.*

Ælianus lib 5. Var. hist. c. 20.) Cum Tarentini à Romanis obsiderentur, periculumque esset, ne fame ad deditionem compellerentur, Rhegini decimo quoque die ieiunium decernentes, victum concesserunt Tarentinis. Proinde cum decedentibus Romanis, liberarentur, memores calamitatis Tarentini festum constituerāt, quod ieiunium appellabant.

Esuriales feria leguntur in Plauto in captiu. 88. pro ieiuniorum diebus.

*iii. *Ad praparationem.*

Omnis vtriusque sexus in Paschate iubetur confiteri, & corpus Christi sumere: *Probet autem seipsum homo & sic* &c. ait Paulus ad Cor. vt ergo sensim præparētur Christiani, quadragesima vicina Paschati &c.

D. Gregor homil. 16. *carnem nostram decimamus, vt ad sanctum Pascha securi peruenire possimus.*

D. Gregor. Nazianz. orat. 3. in S. Lauacrum. *Nostrum ieiunium purgatio est, qua festiuitatem pracedit.*

D. Hierony. ad Matth. c. 5. *Vt spirituali sagina ieiunii corporis. praparetur.*

Expectans magnam & lautam cœnā, vix toto die comedere buccellam audet, vt lautioribus mox impleatur &c.

Clemens canone 68. ait Episcopum Presbyterum, Diaconum, Lectorem, Cantorem non obseruantem Quadrag, deponendum, ni excuset infirmitas: secularem à communione arcendum.

NOTÆ CONCIONIS XVIII.

Postea esuriit.

Factâ repetitione, sic propositum.

Dicendum
- 1. *An cœperit Christus primum esurire consummatis diebus 40.*
- 2. *Quid faciendum Christo esurienti.*
- 3. *Esurire &c quandoque salutare.*

AVE MARIA.

I.

Quando cœperit Christus esurire.

Legi mirabilia, hodie.

Mirabile, si
- *Sol sine luce:*
- *Mare sine tempestate, aut ventis:*
- *Æstas sine calore.*
- *Hyems sine frigore:*
- *Fons sine aqua;*
- *Pistor, aut molitor fame moritur:*
- *Ioseph frumenta distribuens sibi nihil &c.*

Mirabilius aliquid dicit Euang. de Christo; *Postea esuriit.*

Psal. 146. Qui dat escam *pullis coruorum inuocantibus eum*, quos aliquot diebus deserere dicuntur parentes, ob albedinem, quam initio habent, quasi spurii & nothi sint &c.

Psal. 135. *Qui dat escam omni carni.*

Matth. 6. *Nonne pater vester pascit volatilia?*

En Ioseph dispensator frumentorum Ægypti esuriens.

Postea esuriit. Esurit, esurit, vt reficiamur: ieiunat pater, filiis.

Opinio 1. de tempore esuriei Christi.

Videtur autem ex textu, esurire cœpisse primum, post 40. dies.

Matth. 4. *Et cum ieiunasset 40. &c. postea esuriit.*

Luc. 4. *Consummatisque diebus, esuriit,*

Ex patribus.

Ignat.

Ignat. epist. 5. ad Philipp. ait non esurisse 40. diebus.

D. Hylarius canone 3 in Matth. putat nec Christum, nec Moysen, nec Eliam esurisse 40.

D. Chrysost. putat eos esurisse ieiunando, sed Christum dumtaxat esurisse post ieiunium.

Erasm. annot. in 4. Matth. ὕστερον (ait) *vertit postea, sæpe vertit nouissime* (interpres scilicet) *Verti poterat, tandem esuriit, siue denique esuriit, vt intelligas eum tum demum sensisse famem.*

Opinio secunda.

Apparet tamen ex absurdis nonnullis ex prima opinione nascentibus, Christum ieiunando esurisse.

Quæ sequantur ex opinione priori absurda.

* j. Ieiunium Christi non fuisse virtutis, quia non difficile. *Ars enim & virtus versantur circa difficilia.*

Difficilia quæ pulcra. Non dormiturienti non appetere lectum, facile &c. Facilis sine hoste victoria.

* ij. Inde minui causam gratiarum ei agendarum.

Si verbera, si flagra, si spinæ &c. Christum non læserunt, quo illi habere gratiam? Idem de ieiunio, si non est passus famem.

* iij. Minueretur amor imitandi, & ius præcipiendi.

Dici posset *alligare onera importabilia &c. digito vero suo noluisse contingere.*

alieni corii prodigus.

Diceres: Fac me etiam sic non esurire, & ieiunabo.

Pro secunda opinione tuenda sic videntur exponendi Euangelista & Patres.

* j. *Esuriit.* Id est vehementem & consummatam famem passus est, quo modo scripsisse epistolam dicitur, qui subsignauit, ædificasse domum, qui consummauit &c. ab vltimo actu res denominatur.

* ij. *Esuriit*, non quod tum primum famem pati cœperit, sed quod pati se externo signo demonstrarit; vel animi deliquio, vel lapidi innitendo &c.

Respiciens eram ad adiutorium hominum.

Sic Luc.2. *Crescebat ætate & sapientia &c.*

Non quod aliquid Sapientiæ eius adderetur (Nam corpori, & animæ Christi in instanti conceptionis, vltima manus imposita, teste Greg. & Mag. sent.) sed quod ea latens catenus, tum patere cœperit. Ignis sub cinere occultus, tum lucere cœpit.

* iii. *Esuriit.* Quod ante debilitabat corpus, expletis diebus 40 tandem cœpit animaduertere, dudum alacritate ieiunandi quasi cibi ac potus oblitus.

Vt qui addictus est lectioni rei gratæ licet paulatim macrescat ac deficiat, tamen id primum serio percipit post multas horas aut dies ægrior factus: Ita forte licet Christus libenter ieiunans totos 40. dies, esurie vere macresceret, tamen esuriei & inediæ tam longæ damna tum primum grauius solito cœpit ferre, expletis diebus 40. ideoque tunc dictus primum esurisse.

* iiii. *Esuriit,* id est appetitus rationalis appetiit cibum, edendique tempus esse dictauit, quod appetitus naturalis & sensitiuus iampridem dictauerat.

Euangelistæ & Patres hoc modo forte loqui censendi.

v. *Esuriit*, appetiit tum magno desiderio salutem nostram.

Appetierat iampridem cibum corporis, tum vero maxime & nouo actu, cibum mentis, salutem animarum nostrarum.

V. Beda tom.5 lib. 1. in 4 Matth. *Mystice significat esuries Domini, desiderium salutis nostræ.*

D. Ambros. lib. 4. in 4 Luc. *Qui quadraginta diebus esurire non potuit, ostendit se non cibum esurire corporis, sed salutem.*

Hoc modo sitim Christi in cruce interpretatur D. Bernardus.

Facientia pro priori opinione.

Tamen si saluanda litera simpliciter: Dicendum quod licet tum primum esurire cœperit, tamen etiam sic virtus magna in Christo eluxit, qui vel esuriens comedere noluerit, post tam prolixum ieiunium. *Esu-*

Esurientem
Tentatum } noluisse comedere magnæ virtutis, & meriti.
Potentem

Quo plura motiua interna & externa ad peccandum, eo virtus maior, si non peccatur.

Christus esuriebat, hostis solicitabat, potentia edendi miraculi fauebat, nec tamen voluit comedere &c.

Ioseph prouocatus, Susanna, Penelope, Lucretia, magni ideo æstimantur. *Casta est quam nemo rogauit.*

Si Tantalus esuriens, iuxta poma positus, & comedendi potens, non comedit, miraculum &c. Christus esuriens, tentatus, potens &c.

II.

Quid faciendum Christo esurienti.

Esuriit.

Fingite animo vos illum videre deficientem fame, lapidi innixum, nunquid si penes vos aliquid cibi esset, offerretis libentissime? Accipe Domine, & comede &c.

Credo.

Membra autem eius fame moriuntur ante oculos vestros hac bellorum tempestate &c.

Lazarus ante ianuas:

Date illis, & illi dederitis, propter vnionem capitis ad membra.

Quod vni ex minimis meis &c. Matth. 25.

Matth. 25. *Esuriui & dedistis mihi &c.*

Daniel. *Peccata tua eleemosynis redime &c.*

Secundo. Si fames Spiritualis, vel sitis in cruce.

Si in radice crucis stares, (ô Christiane) & diceret Iesus *sitio*: si in deserto, *esurio*, & tu dares illi vinum acetosum, felle mixtum &c. aut panem tuum, & gustans nollet bibere, vel comedere auersaretur, quia hoc non sitiret, nec esuriret, sed salutem & conuersionem tuam, nonne diceres: *Ecce me Domine, Quid me vis facere? En penitet &c.*

Esuriem eius, Conuersio peccatoris sola satiare potest,

Ezech. 18. *Nolo mortem pecc. sed ut magis conu*
Cõuertere ergo; & cibum dederis, & sitim eius extinxeris.

III.

Esurire &c. quandoq; salutare.

Esuriit Christus: Ergo quid pauper dolet de esurie &c.

Si socium habere in pœna gratum, ecce Emmanuel nobiscum Deus.

D. Anselmus de Christi pauperis natiuitate loquens, pauperes consolatur ex eo, quod Christus illis socius miseria rũ.

Paupere tugurio exciperis? Christus stabulo.

Male vestitus? Christus panniculis inuolutus.

Sub equorum ventre dormire bello cogeris? Christus inter animalia. *In medio duorum animalium cognosceris.*

Palea te excipit dormiturum? Christus *Fœno iacere pertulit*:

Vobiscum Deus, vobiscum Deus.

Esuries bona, & quæuis necessitas frequenter.

Quia cogit { 1. *Mundum contemnere*, 2. *Cælum desiderare*, 3. *Deum requirere*, 4. *Culpas effugere*, }

Mundum contemnere.

Quemadmodum lactens contemnit vbera, quæ videt arida, & vacua, & amara; ita qui mundi inanitatem &c.

Cælum desiderare.

Aquila multis modis format pullos: sed fame cogit volitare & altiora petere.

Deum requirere.

Pulli famelici ad matrem aduolant, paruuli ad papillas matrum.

Gallinæ, & canes, ad homines veniunt cogente fame.

Gen. 41 Plebs esuriens clamauit ad Pharaonem, alimenta petens.

Baruch. 2. *Oculi deficientes, & anima esuriens dant tibi gloriam.*

Culpas effugere.

Morbi

Morbi corporis euitantur sobrietate ; & morbi animi,
Diæta corpori bona, & sæpe inopia, animæ.
Philosophi inopes, optimi.

Diogenes Laert lib. 6. de vit. Philos. Diogenem pauperrimum narrat, vase vtentem pro domo, ab Alexandro nihil petentem præter solis liberos radios, scutella, imo vola manus pro scypho vtentem &c. sed bonis moribus.

Præterea fames spiritualis optima.

Matth. 5. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam*, gratiam, Eucharistiam, verbum Dei, cœlum &c.

Similiter esuries beatorum semper Deo fruentium, & frui optantium.

Eccli. 44. *Qui edunt me adhuc esurient.*

Esuries pessima Auarorum, superborum, &c. *canina fames.* prou.

NOTÆ CONCIONIS XIX.

In S. Margaretæ, præsente Episcopo ac clero cum pop. Odomarop. impetrandæ pacis gratia.

Tentator dixit, si filius Dei es dic &c.

Factâ repetitione, sic propositum.

Dicendum
- 1. *De secretis occultandis hinc, & expiscandis illinc.*
- 2. *Quid Diabolus scire voluit*
- 3. *De iis quæ impediunt exauditionem orationis, & quomodo oratione Diaboli possit vti Christianus.*

AVE MARIA.

I.

De Secretis suis occultandis, alienis expiscandis.

In omni arte aliquid semper præcipuum.

Artis bene viuendi summum caput, Fides.

Bernard. *Putas ars parua est scire bene viuere.*

Heb. 4. *Absq; fide impossibile est. &c.*

Oratoris { *docere* / *delectare* / *mouere* } Sed mouere ad iram, odium, amorem &c. victoriæ:

Artis militaris caput, cœlare sua consilia, explorare aliena.

Veget. lib. 3. de re milit. c. 28. *Nulla consilia meliora sunt, quam illa, quæ ignorauerit aduersarius, antequam facias.*

Plato dicebat, consilia non solum sacra, sed etiam secreta esse debere.

Romani Deum consiliorum ideo Consum vocauêre, eiusque altare inhumauêre.

Iulius front. lib. 1. Stratag c. 1. tractat de occultandis consiliis, quasi de re præcipua militiæ.

Amilcar dat literas sigillatas ducibus, cum mandato eas non aperiendi, ante talem vel talem diem, nisi forte tempestate naues dispergerentur.

Ventidius Parthico bello aduersus Pacorum Regem, sciens Pharneum quendam ex his, qui socii videbantur, omnia quæ apud ipsos agebantur, nunciare Parthis, perfidiam barbari, ad vtilitatem suam conuertit. Nam quæ maxime fieri cupiebat, ea vereri se ne acciderent: quæ timebat, ea vt euenirent optare se simulabat. *Iulius Front. ibid.*

Virg. 2. *Æneid.* Sinon ait Græcos nil aliud timere, quam ligneum equum introduci in vrbem, cum tamen id maxime optarent.

Mithridates circumuallante Pompeio, fugam in proximã diem moliens, huius consilii obscurandi causa, latius & vsque ad applicitas, hosti valles pabulatus. Colloquia quoque cum pluribus auertendæ suspicionis causa in posterum constituit, ignes etiam frequentiores per tota castra fieri iussit. Secunda deinde vigilia, præter ipsa castra hostium agmen eduxit. *Frontinus ibid.*

Metellus pius in Hispania interrogatus, quid postera die facturus esset: Tunicam meam, si id eloqui posset, inquit, comburerem. *Frontinus ibid. Plin. lib. de viris ill. c. 61.*

Valer. Max. lib. 2, c. 1. Q. Fabius Max à Coss. vehementer

ter obiurgatus, quod rus petens P. Crasso digno viro reuertenti domum, narrasset in itinere, actum secreto in Curia, de Punico bello tertio indicendo.

Plutarch. in apopht. Calius Rhod. lib. 13. c. 5.] Antigonus filio Philippo multis præsentibus percontanti, ac dicenti, quando castra mouebimus? Quid? inquit, num metuis, ne solus tubam non audias?

M. Licinius Crassus percontanti quo tempore castra moturus esset, respondit, vereri se ne tuba id audiat. *Fronti: ibi.*

Tob. *Sacramentum regis abscondere bonum est.*

Secretum meum mihi.

Aduersariorum vero est, diligenter explorare nostra consilia.

Iulius Fortinus lib. 1. Strat c. 2. agit de eo.

Vegetius de re milit. lib. 3. c. 9.) Præcipuam artem & vtilitatem Ducis esse ait, de suis & hostiũ copiis sæpius tractare cum idoneis, vtrum maior numerus pugnatorum hostibus: vtrum hostis magis armatus & munitus, magis exercitatus.

Ad rem (etiam ait) *pertinet, nosse qualis ipse aduersarius, vel eius comites optimatesq; sint, vtrum temerarii an cauti, an audaces, an timidi, scientes artem bellicam, an ex vsu temerè pugnantes.*

Frontinus lib. 1. Strat c. 2. Carthaginenses, cum Alexandri ita magnas copias viderent, vt Aphricæ quoque immineret, vnum ciuium Amilcharem nomine, iusserunt simulato exilio ire ad Regem, omniq; studio in amicitiam eius peruenire, qua is potitus, consilia eius nota suis ciuibus faciebat.

Iidem miserunt, qui propter speciem legatorum longo tẽpore Romæ morarentur, exciperentque consilia Rom.

M. Cato in Hispania, quia ad hostium cõsilia alia via peruenire non potuerat, iussit trecentos milites simul impetum facere in stationem hostium, raptumque vnum ex his in castra perferre incolumem, qui tortus omnia suorum arcana confessus est.

Iosue misit 12. exploratores.

Christus & Diabolus duo hostes curant æquam vterque partem.

Christus omni industria conatur se occultare.

Ideo nascitur de virgine, sed maritata, *teste Ignatio.*

Ideo pauper nascitur, esurit. sitit &c.

Contra Diabolus omni via conatur explorare, quis quantusque sit &c.

II.

¶ *Quid Diabolus rescire voluerit.*

Tentat sane. Vt aliquid discat, & vt subruat.

Vt discat, an ille homo tam pauper, sit Christus secundum aliquos.

Vel an ille Christus sit Deus, quod omnino tūc ignorabat.

Quod filium Dei agnoscere satagebat, verisimilius.

1. Quia maxima pars doctorum id tenet.

Chrysost. hic. eum scisse esse Christum, ex testimonio Angelorum ad pastores.

Stellæ ad Magos.

Ioannis ad Christum.

Ex illuminatione noctis,

Luc. 4. Dæmones sciebant eum esse Christum,

Nico. Lyranus, ex eo quod videbat completas prophetias varias de tempore aduentus Christi.

Non auferetur sceptrum. &c.

Hebdomades annorum Danielis.

ii. Ex modo loquendi. Non dicit: *Si tu es Christus*, quasi hoc sciret, sed *Si filius Dei es*, quasi id solum nesciret.

iii. *Ratione.* Ponendum Dæmonem scisse saltem, quod aliqui Iudæorum sciuerunt, aut scire potuerunt.

D. Tom p. 3. q. 47. art. 5. Dicit Maiores in pop. Iudæorum cognouisse illum Christum esse Christum, sed non cognouisse illum Christum esse Filium Dei per naturam.

1. Cor 2. *Si cognouissent, nunquam &c.*

Act. 3. *Scio quia per ignorantiam fecistis,*

Luc. 23. *Nesciunt quid faciunt.*

Ignorantia tamen, qua nesciunt an esset Filius Dei, fuit quodam modo affectata, quia peruertebant euidentia signa Maiestatis.

Ioan. 15. *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatū non haberent,*

Iob.

Iob. 21] *Recede à nobis, scientiam viarũ tuarum nolumus.*
Minores autem Iudæorum bene quidem opinati sunt ex signis eum esse Christum, sed decepti à maioribus, nec Christum, nec Filium Dei esse plene cognouerunt.

Quod norint Christum, patet.

Matth. 21. Coloni cognouerunt Filium hæredem i. Christum in lege promissum, ibique doce. Hierony. principes nõ per ignorantiam &c.

Sed saltem talis scientia fuit in Dæmone: ergo non Christum scire quæsiuit, sed Dei Filium.

Chrysost. homil. 5. in 4. Matth. ex variis in Matth. in illud: Si Filius Dei es &c.] *Nesciens ergo dispensationis diuinæ mysterium interrogat quod ignorat Dubitantis enim vox hæc est, quæ sciscitatur, & dicit, si Filius.*

D. Cypr. ser de ieiunio & tent. Christi. *Naturalis coniunctio Diabolum excæcabat, quia impossibile ei videbatur, vel quod esurire posset diuinitas, vel quod tanta tolerantia posset esse, tantaq; potestatis corporalis humilitas.*

D. Gregor. homil. 16. in Euang.] *Quid sibi vult talis sermonis exorsus, nisi quia cognouerat Dei Filium venturum esse, sed venisse per infirmitatem corporis non putabat?*

D. Ambros. lib. 4. in Luc. 4. *de 1. tentat. Christi.* Concordat cum Gregorio sensu, & verbis fere. Idem ibid. *Fames Domini pia fraus est.*

Qui nihil scit, de nullo dubitat. Qui multa scit, de multis dubitat; iste multiscius, de multis dubitabat.

Chrysost homil. 5. in 4. Matth. ex variis in Matth.] *Audierat tam Virgini ab Angelo nunciatum, quod esset Filium Dei paritura* Luc. 1.

Matth. 2. Viderat Magos adorantes.

Marci 1. Spiritum S. velut columbam.

Matth. 3. Audierat vocem, hic est Filius &c.

Ioann. 1. Audierat Ioannem D. Hic est qui tollit peccata mundi. Magis timuit audiens hos sermones, venisse qui tolleret peccata mundi, cum ipse mundum peccatis implesset.

Videbat sanctum, abstemium, confectum ieiunio.

Sed multiscius sic secum: Audiui Filium Dei; At forte tantum Filius Dei est, per excellentiam gratiæ singularis inter

omnes

omnes homines, non etiam per naturam, non per gratiam vnionis personalis.

Etiam Hebræi antiqui cum modernis, æstimarunt impossibilem esse vnionem hypostaticam diuinitatis ad humanitatem, qua vnione duæ naturæ diuersæ vnam constituunt personam, sine commistione.

Forte Metaphorice dicuntur talia de Filio Dei. Explorandum ergo, inquit.

Et accedens tentator, dixit: Si Filius Dei es &c.

Accedit non irruit, ne hostis credatur. *Dolus an virtus, quis in hoste requirat?* 2. Æneid;

Dic vt lapides isti panes fiant.

* *Nota* imprimis Diabolum prudenter agere, qui miracula exigat confirmandæ nouæ doctrinæ.

Qui cito credit, leuis est corde.

Sic agendum erat cum Luthero, Caluino &c. nouorum dogmatum inuentoribus, antiquæ fidei hostibus. Si sic, non sic &c.

* *Secundo*, Notandum Diabolum credere transsubstantiationem, contra Sacramentarios hostes corporis & sanguinis Christi.

Terra in hominem mutata: *Genes. 1.*
Costa viri in mulierem: *Gen. 2.*
Mulier in statuam salis: *Gen, 19.*
Aquæ in sanguinem: *Exod.*
Virga in serpentem:
Rupes in fontes aquarum &c. *Psal.*
Aquæ in vinum *Ioann.*
Natura vertit panem, herbas, in carnem & sanguinem vescentis.
Ex lapidibus, filii Abrahæ &c. *Matth 3.*
Lapides in panes hic posse conuerti credit hostis.

Et inimici nostri sunt iudices.

At non tantus labor vertendi panis in carnem Christi, atque lapidum in panes, ex parte operis.

Non in solo pane viuit homo &c.

Hostis non exauditus.

Qua

III.

Quæ impediant preces exaudiri.

Occaſione precum iſtarum publicarum, hîc dicamus, cur ſæpe non exaudimur: & quomodo hæ Diaboli preces à nobis reformatæ, poſſint vſurpari.

Non exauditur quiuis orãs, etſi oret & roget	*Deum* / *Non malu*	quia	*Male* / *Malo*

Ecce { *Diabolus orat Deum*: Si Filius Dei es &c.
Orat non mala, Nam facere miracula, non malum. }

Non exauditur, quod { *Male oret*; Nam tentans & dubitans.
Malus ſit: & mali propoſiti tenax, & peruicax. }

Quatuor digna notatu precaturo.

* j. Ad Deum dirigendas preces.

4. Reg 1. Ochozias ad Beelzebud Deum Acharon mittit, Deum Iſrael contemnendo, ſed non impetrat.

1. Machab. *3 Congregatus eſt conuentus vt oraret, & peteret miſericordiam a Deo.*

* ij. Non mala poſtulanda à Deo.

A Diis nil niſi bona. Socrates Alicibiadi ſuo, apud Platonem in dial.

Neſcitis quid petatis, Sæpe dici poteſt quibuſdam.

Pacem hodie petitis: Bonum petitis: Sed forte non vobis.

Matrimonium bonum, ſed non philoſopho.

Dulce bellum, ſed inexpertis.

Ducenda vxor in vniuerſali verum, ſed huic indiuiduo, cum hac vel hac hypotheſi, nequaquam.

Pax bona, ſed forte nec tibi, nec mihi. Miracula bona, ſed forte nec illi, nec illi.

Pete ergo tantum bona à Deo j. quæ honorem eius, & ſalutem tuam, & aliorum promoueant. Si bella, bella: ſi pacem, pacem. Bona, bona.

Hic vre, hic ſeca, vt in æternum parcas, D. Aug.

Pœnam pro munere poſcis fortè, cum Phaëtonte. *Ouid. lib. Metam.*

Gladius non dandus furioſo, etſi petit, etſi bonus eſt gladius.

Iſid lib.3 de ſummo bono] *Sæpe multos non exaudit Deus ad voluntatem, vt eos exaudiat ad ſalutem & vtilitatem,*

D. Aug tractatu 102. in Joannem initio. *Quædam non negantur: ſed vt congruo dentur tempore, differuntur.*

Diabolo poſcenti nullum factum miraculum hic, quia abuſurus erat, ad impedimentum paſſionis & c.

*iii. Apte orandum. Nam ideo non exauditus hic Dæmō, quod male orârit, tentâns ſcilicet, & dubitans.

Iacob. 4, *Ideo non accipitis, eo quod male petatis.*

Iacob 1 *Si quis indiget ſapientia* (ponitur ſpecies pro genere) *poſtulet à Deo, poſtulet autem in fide nihil hæſitans.*

Ioan 16 *Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.*

Vbi Aug. *Qui hoc ſentit de Chriſto, quod non eſt de vnico Dei filio ſentiendum non petit in eius nomine, etiam ſi non taceat litteris ac ſyllabis Chriſtum.*

Forte pacem male petimus, ideo non accipimus &c.

*iiii In ſtatu gratiæ orandum.

Dæmon quia malus, in peccatis pertinax, hic non exorat Chriſtum.

Forte etiam ideo pacem tot annos iam quæſitam non accipimus, quia inſtar Diaboli, in malis pertinaces ſumus.

Homines quandoque dicuntur Diaboli, non per proprietatem, ſed per ſimilitudinem.

Vnus ex vobis Diabolus eſt.

Vos ex Patre Diabolo eſtis, & deſideria Patris veſtri &c.

Vade retro poſt me Sathana, ſcandalum mihi es, ait Petro Dominus.

Mediator gratus ſit Principi.

D. Gregor. *Cum is, qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deterius prouocatur.*

Ioan, 10. *Deus peccatores non exaudit.*

Iſai. 1. *Cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis. Et cum multiplicaueritis orationes; non exaudiam, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.*

Sanguis

Sanguis pro homicidiis, oppressionibus & pro quolibet peccato.

Maledicam benedictionibus vestris.

Obstinati in malis: litigiosi de vmbra asini, de lana caprina semper disputantes, dissidentes, pacem obtinebunt? scilicet.

Pacem petitis, & contra pacem agitis.

Corda Regum pacificari vultis, vestra militare, & præliari?

Matth. 5. *Si obtuleris munus tuum ad altare, & ibi recordatus &c. Vade reconciliare prius fratri tuo &c.*

Tunc dices.

Psal. *Exaudi Domine iustitiam meam.*

Psal. *Memento Domine Dauid, & omnis mãsuetudinis eius.*

Psal. *Secundum innocentiam manuum mearum retribuet mihi.*

Vnicornis capitur cantu virginis, sed non corruptæ.

Piscem non capies reti sanguinolento, & fœtido

Ioan. *Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis petetis & fiet vobis.*

Oratione Diaboli quomodo quis vti possit.

Nihil tam bonum, quod ad corruptelam trahi nequeat: nec quicquam tam malum, quod in bonum verti non possit.

Da venenum api, & mel faciet: da rosas araneæ, & venenum educet.

Da plumbum &c. Alchimistis, argentum, & aurum dabũt.

Similiter de his Diaboli precibus statue.

Si filius Dei es, Dic vt lapides isti panes fiant.

Malæ preces. vt sic: bonæ, si reformentur.

I.

Lapides accipe pro aduersis: panes pro rebus melioribus: *Si* pro quia. Quia ergo *Filius Dei es*, vis: & potes bona, quia Deus Opt. Max. *Dic dic*, verbo; dicere tuum, facere est, fac, fac: vt hæc aduersa tempora, aduersa fidei, moribus, &c. *panes fiant*, miriora fiant.

Lapides sunt { 1. *Tribulationes*, 2. *Obiurgationes duræ.*

Glossa

Glossa interl. super Exod. 19. vbi peccantes iubentur lapidibus obrui, aliquando designant duras obiurgationes.

Ezech. 38. *g* Lapides grandinis, sunt ipsi persecutores.

D. Hierony. sup. Ezech. 13. *& Isai* 10. dicit posse significare iram Dei, seu vim iræ & vindictæ Dei.

Labor pœnitentiæ durus:

Omnia initia dura. *Dic vt panes fiant &c.*

II.

Lapides accipe, pro peccatoribus: panes pro conuersis.

Arist. 4. *Meteor.* Ex sola terra non fit lapis, quia vincens in ea siccitas, non permittit, vt in lapidem coagulari possit.

Sed ex commixtione terræ & aquæ fit lutum, quod inter terrâm & petram est medium, quod dum per partiũ suarum fortem coagulationem constringitur, in lapidem mutatur. Vnde tali transmutationi lutum vnctuosum est aptius. Habet ergo lapis ex terra siccitatem, & ex aqua simul & terra frigiditatem. Frigidus lapis & siccus.

* i. *Lapis ex terra* in terram semper recedens: homo terrenus adhærens terrenis.

O curua in terras anima, & cælestium inanes!

Omne graue deorsum.

Isai. 1. *Væ pop. graui iniquitate.*

Psal. *Sicut onus graue grauata sunt super me &c.*

* ii. *Lapis durus:* obstinatus peccator.

Virg 4. Æneid. *Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus autor.*

Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus.

Ouid. in Heroid. *Te lapis & montes innataq; rupibus altis.*

Robora, te sæua progenuere feræ.

Iob. 41. *Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus,* loquens de Diabolo.

Hierem. 5. *Indurauerunt facies suas supra petram & noluerunt reuerti.*

Exod. *Induratum est cor Pharaonis.*

Eccl. 3. *Cor durum male habebit in nouißimo.*

Verbum Dei, quasi malleus ad conterendas petras.

Et bella, fames, pestes, mallei Dei; his malleis lapides quidam

dam rationales non frãguntur, duriores lapidibus, quorum multi vel tandem magnis percussionibus franguntur conteruntur &c. Peccatores Incudes sunt, foricæ, & gladiorũ chalybeæ laminæ, quæ ictibus indurantur.

Adamantes sunt, qui ferro bellorum non franguntur, ignibus & incendiis vrbium non soluuntur, imo ne calescunt quidem.

Adamante duriores, Nam adamas vel hirci sanguine calilido ac recenti rumpitur: Illi nec sanguine Christi, quem sumunt in altari. Hircus Christus fœdus peccatis nostris, non suis. Hircus in lege pro peccato immolatus.

Lapides sunt qui mutantur in ferrum.

iij. *Siccus lapis*: Sicci quidam, qui non possunt vllo rore diuinæ gratiæ humectari, à quibus ne lachrymam peccata, aut fagella extorqueant.

Sed & petræ scissæ in Christi morte.

Petra in deserto bis percussa dedit aquas. Nos iam toties percussi, nec peccata, nec vulnera deflemus.

*iiij. *Lapis frigidus*

Completum illud: *refrigescet charitas multorum*, erga Deum, & proximum.

Lapide frigidores, Nam & lapis ictus à chalybe, vel alio lapide collisus, vel reddit ignem latentem, vel aërem inter vtrumque collisum, ignit & inflammat.

Peccator, nulla collisione, aut confricatione beneficiorum Dei, nulla percussione flagellorum accendi ad amorem potest.

Dic (O Fili Dei) *dic vt lapides isti, panes fiant*. Dic, dic. Si vis potes.

Dic vt Hæretici lapidantes Ecclesiam tuam, aut potius ipsi *lapides, panes fiant*, conuertantur in viros alios.

Verte impios, & non erunt.
Conuerte me, & conuertar ego,
Hæc mutatio, dexteræ excelsi.

Dicat vnusquisque, pro sui conuersione: *Dic lapidi huic panis fiat*, gratus palato tuo, ô bone Iesu.

Matth. 3. Ex lapidibus istis suscita filios Abrahæ.

D. Gregor. illa verba Iob. 28, enarrans: Lapis solutus

calore in æs vertitur} *Si lapidis duricies igni cedit cui admota, non duritiam suā modo, sed naturam quoque & nomen amittit, quando in puluerem vertitur : Quid mirum si lapidea hominum corda, pristina duritie, cælestis huius ignis virtute, deposita, in aliam quodam modo naturam transeant, ex durisque lapidibus Abrahæ filii, imo Dei filii efficiantur?*

Prælatus, de duræ ceruicis subditis, dicat: *Dic vt lapides isti* &c.

Quisque dicat in tribulatione: *Dic vt lapides isti panes fiant*: hæc dura prosint mihi &c.

Psal. 41. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.*

Lapides torrentis Stephano dulces fuerunt.

NOTÆ CONCIONIS XX.

Et accedens tentator dixit ei, si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.

Factâ repetitione, sic propositum.

Dicendum:
1. *Qualiter accesserit tentator Christum Iesum*
2. *Quo fine.*
3. *Quod tria hic postulârit.*

AVE MARIA.

I.

¶ *Qualiter ad Iesum tentator accesserit.*

Dæmon tentat:
1. *Intus*, agitādo phātasiā, turbando intellectū &c.
2. *Foris*, apparendo, vel certe auditum voce perceptibili tangendo &c.

Primo modo & secundo omnes homines:

Secundo tantum, & non primo, Christum.

D. Gregorius homil. 16. in Euang. *Deus qui in vtero Virginis incarnatus, in mundum sine Peccato venerat, nihil contradictionis in semetipso tolerabat &c. Omnis Diabolica illa tentatio foris non intus fuit.*

D. Am-

D. Ambros. lib. 4 in 4. Luc.

Ratio. Dedecebant eum internæ cogitationes, aut motus, siue phantasiæ, Phantasia, & omnes vires sensitiuæ, erant in Christo rationi subiectæ, vt olim stante innocentia.

Foris ergo tentatus, visibiliter apparente Diabolo.

Beda tom. 5 lib. 1. in Matth 4. *Accessit per assumptā speciem, tentandi permissione, qui longe erat voto malitia.*

Accessit, corpore aereo assumpto, in forma cuiusdam viri deuoti, venerabilis, aut S. Eremitæ. Ita fere,

B. Vincentius.

Mag hist.

Didacus Stella, in Luc.

Cor Iansenius in concord.

Caietanus in 3. p. D. Thom. q. 41. ad art. 4. *Tentationes istas visibiliter apparens dæmon exercuit.*

Glossa videtur sic sentire.

D. Gregor. hom. 19 in Euang aperte.

Caluinus tamen ait, tantum intus & in spiritu Christum tentatum sicut nos, cum phantasijs in animo agitamur. Sed id somniat, metuens ne illi probemus reditum spirituum.

Tentatorem Christi habuisse corpus.

* Apparet. 1. *Accedens* ait Matth. quod est corpus, & pedes habentis.

* 2. Quod obtulerit lapides manibus, vel digito iacentes ostenderit, dicens: *dic vt lapides isti &c.* indiuiduans ex demonstratione.

Orig. homil. 29. in Luc. 4. *Vtique monstrabat Diabolus, quem* (lapidem) *vult panem fieri.*

* 3. Quod locutus fuerit sæpius, quodque illi Christus vere locut⁹ sit: loqui autē nō potuit sine ore, nec audire sine aure.

* Quod assumpsisse, id est duxisse Christum dicatur, quasi manu, secundum aliquos, vt dicemus infra.

* 5. Quod ostenderit ei quasi manu omnia regna mundi.

* 6. Quod à procidente adorari voluerit, quod audientes intelligimus statim & primo actu, ipsum corpus habuisse visibile, quod volebat adorari, genibus flexis.

Posse Dæmones assumere corpora conuenientia proposito suo.

I.

D. Aug. lib. 2. retract. c. 30. & lib. 2. de Genes. ad lit. videtur dicere eos assumere corpora in aëre.

Gulielm. Parisiensis 1. p secundæ partis principalis de vniuerso c. 78 disputat contra Apuleium, & docet Dæmones spiritus esse inuisibiles, incorporeos, sed tantum mutuare corpora, cum se manifestant. Nam si corpora haberent, esse passibilia animalia, si talia, & destructibilia. Assumere autem quandoque formam draconum, bubonum, coruorum, hircorum, canum, felium, luporum, taurorum, simiarum &c.

II.

**Ratio* 1, Quia possunt applicare actiua passiuis.

*2. Quia eiusdem potentiæ cum bonis Angelis, eiusdemq; naturæ at boni sæpe corpora assumpsêre.

Genes. 18. Tres apparuerunt Abrahamo.

Genes. 19. Iidem apud Loth hospitati, Sodomitis visi & adamati &c.

Tob. Raphael comes Tobiæ.

In resurrectione, duo in vestibus albis.

Act. 1. In ascensione dixerunt. *Viri Galilæi* &c,

Iu natiuitate Christi astitit Angelus pastoribus.

Inc onceptione eius, vnus legatione functus apud B. Virginem.

Act. Petrum vnus eduxit è carcere:

Apoc. Ioannes videt vnum, & vult adorare &c.

III.

Ab exemplis.

Genes. 3. Assumpsit Dæmon serpentis corpus, tunc pedes habentes secundum aliquos; faciei virgineæ, secundũ Bedã.

B. Antonio apparuit nunc forma virg. nunc monstri, nũc serpentis, nunc leonis, aspidis, scorpii, leopardi, nunc in specie pueri Æthiopis.

D. Martino, in forma Regis, gemmis, torquibus, & Diademate splendidi.

Eidem vt verisimile est in specie bestiæ : *Quid hic astas* (inquiebat sanctus) *cruenta bestia*? &c.

Maleficæ sibi apparuisse, sic & sic- fatentur sæpe.

Incubi

Incubi, succubi.

Petrus Gregor. c. 13 comment. in syntaxes artis mirabilis, disputat de apparitione bonorum & malorum Angelorum: item c. 14. de spectris,

Plinius lib. 7. c. 2. loquitur de quibusdam Dæmonibus. seu phantasmatis, suo tēpore apparentibus, in desertis Africæ.

Valer. lib. 1, c. 6. de Equite minaci, apparente Cassio Bruti socio, Epicureo & irrisori spectrorum &c.

Homerus Odiss. 4. de Vertumno proco Pomone.

Proteus mox in ignē, mox in bestiam, mox in fluuiū versus.

Achelous varius dimicans in Herculem.

Ita Dæmon *Transfigurat se in Angelum lucis &c.*

Christo ergo, forma alicuius viri venerabilis apparuisse, credibile.

Accedens tentator ὁ πειράζων, is qui tentat Nomen videri potest πειράζων veluti εἴρων pro dissimulatore.

II.

¶ Quis scopus huius tentatoris.

Accedēs tentator. Ad quid? an { *Ad discendum?* / *Ad subuertendum?* }

Tentamus quandoque (vt dictum est) vt sciamus { *1 Quid sciat.* / *2. Quid possit.* / *3. Quid velit.* / *4. Quid sit.* } aliquis.

Vt ignorata discamus

Opinio 1.

Rupertus lib. 12. de victoria verbi Dei c. 4. *Plane non quærebat, vt cognoscerent quasi incognitum, sed vt corrumperet cognitum.*

Volebat reddere sibi similem. Dixerat ipse de seipso quod non est, quod scilicet sit Deus &c. qui ergo iactanter, & pro vana gloria monstrat de seipso, quod non est, imo etiā quod est, similis illi est. Christus quidem erat Deus sed vt hoc illi miraculo demonstraret, nulla causa, nisi iactantia: Non enim erat Diabolus eum ideo adoraturus.

 Ratio.

Ratio quia, per ora obsessorum, quædam dæmonia clamabant, ipsum esse filium Dei, quia *Sciebant ipsum esse Christum.* Sed si minores Dæmones scierũt, apparenter & iste princeps.

Hæc opinio reiicitur, quia contra Patrum, & communem sententiam.

Respondetur opinioni Ruperti reiectæ.

Respondetur autem ad Dæmonum testimonium.

*1. Quod hinc non sequitur. Luciferum, cum tentaret Christum, id etiam sciuisse, quia cum tentaret, nondum fecerat Christus vllum miraculum, sed latuerat, & apud se vixerat: At cũ Dæmones id clamarent, iam per signa notior esse poterat. Temporis ergo diuersitas, patitur poni nunc in Lucifero ignorantiam, in minore autem Dæmone tunc maiorem notitiam.

* 2. Dici potest, illos suspicando tantum id dixisse.

Thom. 4. dist. 30 q. 2 art, 1. & p 3, q. 29. art 1. ad 3.

* 3. Ad illud: *sciebant esse Christum*: Dic scientiam duplicem { *Imperfectam* / *Certam.* }

Imperfectam & cum metu de opposito, qualis est opinio quæ nititur verisimilibus & coniecturis. Alteram certam & perfectam, quæ roboratur demonstratione.

Scio (exempli gratia) hunc esse pecuniosum, quod videam splendide vestitum &c. sed imperfecte scio, quia coniectura incerta; fieri enim potest. vt foris splendeat, domi vix vescatur atro, aut cibario paue.

Scio certo alium diuitem, cuius æs vidi in arca, in crumena, in mensa &c.

Sic Dæmones sciebant, primo sciendi modo, esse Christũ, quia magna iam fecerat; altero autem modo nesciebant.

Obiectiones pro Ruperto.

*1. Multoties, variisque in locis, dictum fuit Christum esse Deum: Cantatum lippis & tonsoribus.

Luc. 1. *Quod nascetur ex te sanctum Vocabitur filius Dei, Natus est Vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus* &c.

*. 11. *Christus se Deum patenter fassus: & huic Veritati asserendæ miracula adiũxit. Et Diabolus scit Deum non attestari falsitati.* Ergo,

Respon-

Responsio.

*j. Vocem filii Dei competere filio { *per gratiam* / *per naturam* }

Atque ideo ex tali voce, Dæmonem non sufficienter edoctum.

*ii. Si clare cantatum, & dictum aliquid de Christi diuinitate, Deus potuit prohibuisse Dæmonem percipere, sicut & prohibuit eum scrutari Virginitatem Matris.

Angelus apparens, apparet cui vult, soli inter multos: Et Deus innotescens, innotescit cui, & quantum vult, manens aliis ignotus. Quod vis minor potest, poterit & maior.

Iesus autem transiens per medium illorum ibat,
Ruperti ergo sententia (Salua Sancti tam eruditi reuerentia) parum placet.

Opinio secunda probabilior.

Placet dicentium venisse Dæmonem ad explorandum. & ad subuertendum.

Caietanus ad art. 4. q. 41. p. 3, D. Thom] *In ordine ad filium Dei sunt explorationes, in ordine ad purum hominem, inductiones sunt ad peccatum.*

Glossa in Matth. 4. *Sic tentat, vt exploret quod veretur sic explorat, vt tentando decipiat,* .

D. Ambros. lib. 4 in c. 4. Luc. in 1 tentat.] *Aliud explorantis, aliud tentantis est, & Deo se profitetur credere, & homini conatur illudere.*

Ibid. *Sic tentat vt exploret, sic explorat vt tentet,*

III.

❡ *Hic tria tentatorem postulâsse.*

Tribus viis notitiam Dei conatur attingere { *1. Actu,* / *2. Modo agendi,* / *3. Causâ agendi.* }

**1.* Actu. transmutandi* Deitati proprio.

Non hominum, nõ Angelorum, sed diuinæ solius est pote-

 statis;

ſtatis, naturas rerum vertere. Hominum, accidentia variare & facere. *Candida de nigris, & de candentibus atra* tantum.

Lapides mihi verte in panes, inquit. Hoc primum.

Pſal. *Hæc mutatio dexteræ excelſi.*

Exod. *Digitus Dei hic.*

Ouid. 1. Met. *In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora, Dii cœptis nam vos mutâſtis & illas, Aſpirate meis,* &c. fatetur Poëta Dei eſſe metamorphoſes.

*II. *A modo agendi. Dic,* Impera, nolo te orare, aut applicare vlla actiua paſſiuis, more Magorum Pharaonis.

Scit Sanctos mira præſtare oratione, Maria ſiccare, ignes in aquas vertere, ſolem ſiſtere, pluuiam prohibere, ciere, cæli quaſi clauigeros eſſe &c. Sed. *Dic*, ait.

Dei eſt, dicto facere, & imperio ſolo.

Pſal. *Ipſe dixit & facta ſunt.*

Geneſ. 1. *Dixit vero Deus: fiat lux, & facta eſt lux, &c.*

Pſal. *Verbo Domini cæli firmati ſunt &c.*

*III. *A cauſa agendi,* vt ſit in teſtimonium, quod ſit Filius Dei.

Scit enim Deum, non eſſe teſtem mendacii: Miracula autem ſunt teſtimonia Dei, ſigillum, chirographum, & bulla Dei. Si ergo vertiſſet lapides in panes ad probandum ſe filium Dei, certo credidiſſet Diabolus ipſum eſſe Deum.

Lactant. lib. diuin. Inſtit. Claudiam nobilem Veſtalem ſtupri ſuſpectam, ob cultum corporis nimium, ait nauem immobilem traxiſſe zona & digito facillime, ad faciendam de pudicitia fidem ſuſpicioſis.

NOTÆ CONCIONIS XXI.

Et accedens tentator dixit ei: Si filius &c.

Facta repetitione, ſic propoſitum.

Dicendum { *1. De dolis Diaboli.*
2. Quod de Gulâ tentarit primo, & cur.
3. De hæreticis & aliis Diaboliſſimis, }

AVE MARIA.

Dia-

I.

Diabolus Quam dolosus.

Ælianus lib. de instruendis aciebus ait genus phalangis, quod incurua appellatur, quod in portionem flectitur orbis, studetq; suas copias paruas esse ostendere frontis incuruæ ratione, cum omnia quæ in orbem ducuntur, parua suo ambitu esse videantur, quanquam si explicentur, in duplum se porrigunt, quod liquidum est in columnis, quæ cum in orbem se colligunt, vndecumque aspiciantur, dimidium sui tantum patere patiuntur, reliquum penitus occultant.

Est autem (ait) *optimum instruendi artificium, vt plus inferas aduersariis copiarum quam primo aspectu ostendas.*

Diabolus quoque in hac tentatione plus occulit mali, quam ostendat.

Tentat	1. *A licitis*	Licita miracula, licitum vesci esurienti post longa ieiunia 40. dierum.
	2. *A necessariis*	Moribundo fame, necessaria comestio.
	3. *A paruis*	Paruum est vesci pane.
Vt ducat	1. *Ad illicita*	Eccl. *Qui contemnit minima, paulatim &c.*
	2. *Ad superflua*	Vnde notat Theophylactus locutum pluraliter, *panes fiant*, cnm vnus sufficeret.
	3. *Ad magna*	Paruus error in principio, magnus in fine.

Da digitum, brachium vsurpabit.

Serpens dicitur *Gen.* 3. & serpit paulatim,

Serpentum duo genera: vnũ recte gradientiũ, vt centrix.

Lucanus, *Et semper recto lapsurus limite centrix.*

Alterum, tortuose.

Isa. 27. *Visitabit Domin⁹ super colubrũ serpentem tortuosũ.*

Virg. 2. *Æneid.*] Sinuosa volumina, & orbes anguium Laocoontis describit.

Serpentum nonnullis in cauda venenum, quibusdam in ore, in spiris, in oculis, vt putatur de Basilisco &c.

Prou. 23. de vino loquens.] *Ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet.*

Hostis ergo quandoque aperto marte inuadit, quandoque flexuose.

1 Pet. 5. *Aduersarius vester &c. circuit, quærens quem &c.*

Psal. *In circuitu impii ambulant.*

Iob. 1.2. *Circuiui terram & perambulaui eam.*

Et lupus dicitur

Lupus autem aliquando voces, quasi hominis, mittit: aliquando latratum canum, cum canibus effingit, pellem fere caninam gestans, vt sic pastores canesque decipiat: accedit lento gradu, vt lassus, vt non maleuolus &c.

Et lupus, vt capras capiet, sub foliis absconditur:

Hic quoque Dæmon regitur velamine { 1. *Licitorum*, 2 *Necessariorum*, 3. *Paruorum*. } quasi filorum

Prou. {
Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum:
Quæ nimis apparent retia, vitat auis:
Vnca ara subsunt cibis. Esca subarata: Hamus inescatus.
Venenata pocula, melle liniuntur:
Proditiones osculis prateguntur:
}

Cassiod. *Tentatio Diaboli, est assimilatio boni ad fallendũ.*

Cypr. ser. de ieiunio & tentat. Christi. *Subdola professione quasi compatiens ei subuenire periclitanti natura hortatur.*

Ibid. *Se quasi de compassionis specie conatur insinuare.*

Dixisse putandus: Video iam tibi fractas vires ieiunio, & pœnitentia 40. dierum, squallor & pallor vultus tui, tremuli pedes, genua tua debilia, id indicant satis, quid te conficis? miseret me tui, tu quoque tui miserere:

Deinde (vt video) *facies tibi digna imperio. Namque haud tibi vultus mortalis nec vox hominem sonat*: Et audio sæpe te dici filium Dei; *si filius Dei es*, quid tibi opus pœnitentia? memor esto dignitatis tuæ.

Et *si filius Dei es*, iam manifesta teipsum, ostende te Deũ, quid

quid hîc degis inglorius? *Dic vt lapides isti &c.* & mox te adorabo.

Adde, quod delicatum ac tenerum corpus tibi à natura comparatum video: Doleo nihil hîc in deserto mihi esse, quod offeram congruentius.

Licitum, & necessarium modo vt comedas: & quid est, si panes comederis, paruum est, maiora mereris.

Morale.

Hoc artificio vtitur, cum alios tentat: { 1. *Licita.* 2. *Necessaria* 3. *Parua,* } proponit.

Vt trahat tandem ad { *Illicita* *Superflua* *Magna.* }

Spirituales viros non statim tentat de grauibus. Licet (inquit) videre, alloqui, leuiter tangere, osculari in osculo pacis &c.

Sperat, si in minimis vicerit, ad maiora conscendere. Climax.

Si de gula tentat; non statim ait: epulare, ingurgitare. Sed ista: licet refici; imo necessarium est, parum est, si haustum vini, aut bucellam panis sumpseris &c. *Valetudinem tuam cura diligenter.* Sententias loquitur carnifex; Medicum agit: Dicit:

2. Eth. *Potus & cibi amplius & minus, refecti corrumpunt sanitatem, quæ autem commensurata sunt, satiant, augent, & saluant.*

Rom. 12. *Rationabile obsequium vestrum.*

In medio consistit virtus.

1. Timoth. 5. *Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere propter stomachum, & freq infirmit. tuas.*

Nocet aqua vel in calceis, prou. *Et canes moriuntur inedia, & ieiuniis.* prou.

Sexum allegat: Es mulier mollis aër & virilia pondera sustines.

Ætatem: Puerulus es nocebis incremento: Senex es; *afflicto non est danda afflictio. Senectus ipsa per se morbus est.*

Perseuerandum ait; ideoque miscendam requiem.

3. Reg.

3. Reg. 19. *Comede & bibe, grandis enim tibi restat via,* inquit.

Comedit & bibit Helias, & ambulauit in fortitudine cibi illius &c. Ibid.

1. *Reg.* 28. Cecidit Saul proiectus in terram, & robur in eo non erat, quia non comederat panem tota die.

D. Bonauent in Vita B. Francisci c. de austeritate. *Quadam nocte cum B. Franciscus in cella orationi vacaret, Vocauit eum hostis antiquus tertio dicens: Francisce, Francisce, Francisce. Cui cum quid quæreret, respondisset: fallaciter ille subiunxit: Nullus est in mundo peccator, qui si conuersus fuerit, non indulgeat Deus, sed quicunque se pœnitentia dura necauerit misericordiam non inueniet in æternum. Sed statim vir Dei per reuelationem cognouit hostis fallaciam quoniam missus fuerat, eum ad tepida reuocare.*

Quidam S. Pater Fratrib. suis.] *Ecce inquit fratres Diabolus Physicam docet, ecce medicus factus est, de complexionibus loquitur, infirmitates diuersas, si teneatur religio, generari prædicat. Sed quare hoc: non Vt mederi velit, sed Vt lædere possit.*

Suadet vt de cruce descendamus, propter honorem Sabbathi, & festi alicuius.

Sic Athalja vertit vineam Naboth in hortum olerum. Sic Libanus conuertitur in chermel, quod interpretatur mollis.

Si de ambitione tentat: ait: tibi, & aliis sic amplius prodesse poteris &c.

Cic. lib. Off. *Non solum nobis nati sumus &c.*

Damnantur Philosophi cubicularii, nunquam res publ. attingentes.

1. Timoth. 3. *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus des.*

Ait Opus esse summæ charitatis, quod Petro post professionem amoris, concessum. *Petre amas me? Tu scis Domine quia amo te: Pasce oues meas.*

Vnde Chrysost. lib. de Sacerdotio.

Si de Auaritia: Non statim ait, Esto auarus: Scit enim auari nomen, vel ipsi auaritiæ exosum; sed ait: licitum augere rem honeste, rem custodire; inhonestum profundere, necessarium cogitare pro liberis, &c. Cic.

Cic. lib. 1. off.] *Rei familiaris multiplicatio nemini nocens, haudquaquam vituperanda est.*

Si de Inuidia & homicidiis: Natura comparatum inquit, *omnes sibi melius esse malle, quam alteri.* Terent. in Andria.

Licere cuique, ius suum tueri, pugnare, propulsare iniuriam, occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Psal. 9. *Sedet in insidiis, cum diuitibus, in occultis, vt interficiat innocentem.*

Ibid. *Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.*

Narrauerunt vt absconderent laqueos, dixerunt quis videbit eos?

Psal. 10. *Parauerunt sagittas suas in Pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.*

Psal. *Molliti sunt sermones ei⁹ super oleū. & ipsi sunt iacula.*

Isidor. lib. 3. de summo bono c. 5.] *Tentationum Diabolicarum initia fragilia sunt, quasi non caueantur, sed per vsum in consuetudinem transeant, in nouissimis fortiter conualescunt: ita vt nunquã, aut cum difficultate vincantur.*

Prima vitia, sub quadam ratione se ingerunt.

Necessaria proponit, vt adducat ad superflua. *Dic vt lapides isti panes fiant.*

Theophylact. notat tentatum Christum ad superflua: Nam cum vnicus panis satis esset futurus, loquitur pluraliter de panibus, vt copiâ, prouocetur ad excessum.

Obiectiuncula.

Si autem dicatur legi Marci 1. *Dic lapidi huic*: Dicendum ibi esse synecdochen sing. pro plurali.

Exod. 8. *Venit musca grauissima* j. multitudo muscarum.

Virg. 2. Æneid. *Vtrumq; armato milite complent.* j. militibus.

Secundo. Matthæum proprie loqui, ac referre verba Dæmonis ipsissima.

A loco & tempore, Dæmonis astutia.

* j. Quod ibi Christum aggreditur, vbi summa rerum omnium penuria. Est enim in deserto horrido, inculto &c.

Prou. *Durum telum necessitas.*

Mater scelerum necessitas. Illa cogit ad furta, ad latrocinia, ad meretricios quæstus &c.

* ij. Quod

* ii. Quod tempore famis. *Res imperiosa fames.* Cogit & matres comedere sua viscera &c.

Auceps, brumali tempore, esurientibus auibus tendit laqueos, esca proposita.

Sic solent exploratores, tempore summæ inopiæ, vrbes hostiles ingredi, specie gestandi cibi, aut aliarum rerum necessariarum.

Sortilegos & sortilegas multas fecit Dæmon, rerum inopia & fame extrema laborantes &c. testes ipsarum confessiones in quæstionibus.

Tunc ergo magis aduigilandum, & orandum &c. ne intretur in tentationem.

II.

De Gula tentat Christum, & cur.

* i. *De Gula tentat*, licet Caluinus neget, sicut & Christum vere esurisse.

D Gregor homil. 16. *Per gulam tentat, cum dicit*: *Dic vt lapides isti panes fiant.*

* ii. De inani ostentatione potestatis miraculorum faciendorum.

Rupert lib. 12. *de victoria verbi Dei c. 4.* Insinuat satis.

D. Thom. p. 3. 41. art. 4. *Reputabat Diabolus, quod Christus peccaret, si ad subueniendum fami miracula facere attentaret, si esset purus homo*, cum aliter sibi posset prouidere. Hoc tamen, vt Christus Dominus, poterat facere sine peccato quouis modo. Hæc sententialiter.

Idem ibid. ad tertiam *Ex desiderio cibi, conatus est inducere in vanitatem sine causa miracula faciendi.*

Cur primo de Gula?

* I. *Quia hac multi capti.*

Asture.

Dux bonus inuasurus ciuitatem, primum indagat, qua parte sit debilior, an murus firmus, an vallum &c. per infirmiora aggreditur.

Secundo Quærit an nunquam alias capta; si capta, quâ; vt il-

vt illac & ipse occupet. Sic Caletum, his annis ab Alberto Serenissimo Cardinali expugnatum, per Risbantum (vt vocant) quâ olim idem Caletum Dux Guisius inuaserat, & eripuerat Anglis.

Homo, ore maxime infirmo, & ad peccandum procliui.

Ore {
blasphemat Deum:
iurgatur, detrahit proximo:
inebriatur, vorat substantiam:
proditiones tractat:
fœde loquitur, cantillat &c.
Lesbiatur, oscula turpia dat & accipit, &c
O locum debilem!
}

Gula olim captus Adam.

Genes. *Esau vendidit primogenita pro sorbitiuncula.*

Ezech. 16. *Iniquitas Sodoma otium, saturitas panis &c,*

Israelitæ Gulâ sæpe in deserto peccarunt, nunc cibos in genere, nūc carnes, nunc aquas cū murmure postulantes &c. Ideo hac etiam sperat victum iri Christum,

*ii. *Quia sentina, & origo aliorum malorum.* Gula.

Pinguis venter non gignit sensum tenuem:

Venter pinguis facile despumat in libidinem, ait Hierony.

Exod. 32. *Sedit populus manducare, & surr. ludere.* Quo ludo. disputatur.

Prou. *Nunquam fames adulteria genuit.*

Festinum est, quod narratur de quodam, qui maluit inebriari, quam in Venerem vetitam, aut homicidium incidere: sed ebrius factus, arsit libidine, & admonentem serio, trucidauit.

Gen. Loth potus cum filiabus dormit.

Gen. Noe ebrius nudatur in tabernaculo

*iii. Deo ita disponente, vt quo vitio expugnauerat primum Adam, in eo secundum Adam victorem experiretur.

D. Ambros. lib. 4. in 4. c. Luc, in primam tentationē] *Inde autem capit, vnde iam vicit. Et ideo inde incipio in Christo vincere, vnde in Adam victus sum.*

De Ha-

III.

De Hæreticis, & aliis Diaboli simiis.

Multi similes Diabolo.

*j. Hæretici, qui non aperte statim suadent discessionem ab Ecclesia, in qua tot sancti Martyres &c. floruerunt: Non statim Sacerdotum cædes, templorum excidia sonuerunt.

Initium eorum à re exigua, licita, necessaria forte.

Quid peccati est (aiunt) si in Quadrag. vescaris ouis & carnibus, cum cibos crearit Deus, vt cum gratiarum actione vsurpentur? 1. *Timoth.* 4.

Quid, si sub vtraque specie communices, iuxta Christi & Apostolorum morem?

Cuneus cuneus sunt ista, & acies incurua. Vt enim cuneus, qua parte in lignum adigitur, tenuis & exiguus est, adeo vt qui principio ad lignum applicari videt, putet impossibile, tam grande lignum findi hoc cuneo: at vbi malleorum ictibus pulsatur, tum patet vis illius. Acie cunei infixa, mox totus ingreditur, & findit quercum annosissimam.

Admissa acie cunei hæreticorum, mox crassior pars subsequuta.

Dixerunt reformandam Ecclesiam, Sacerdotes, Monachos, &c.

Sequuta postea Confessio Augustana, Sacerdotium, & Missæ sacrificium prorsus abolens.

Tandem Sacramentariorum & Caluini Confessio, quæ duo illa Sacramenta Baptismum, & Corpus Chtisti verum, ab Augustana Confessione relicta, sustulit.

Tandem ventum ad *Non est Deus* nec in cœlo, nec in Sacramento, ad Atheismum &c.

O Serpentigenas! At si hæc prima fronte dixissent, repulsi fuissent.

Idem magnifice loquuntur de charitate in pauperes:

Pauperes (aiunt) potiores ornatu templorum.

D. Ambrosius diuenditis calicibus captiuos redemit.

Quid

Quid faciunt lapides preciosi in annulis, in mitris Pontificum? Quid preciosa marmora in parietibus, & basibus tẽplorum? *Dic vt lapides isti panes fiant.* Conuertantur ista, in vsum pauperum.

Iudæ instar: *Vt quid perditio hæc? potuit enim venundari multo, & dari pauperibus.*

Molliti sunt sermones eius super oleum &c. Intus Nero, foris Cato.

Gen. *Vox quidem vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau.*

Psal. *In circuitu impii ambulant.*

Matth. 7. *Attendite a falsis prophetis, qui &c.*

Dauid pugnaturus in Philistæos, oraculo Domini admonetur, ne à fronte aggrediatur Philistæos, sed post tergum gyret.

In omni aduersus hæreticos congressu, non tam faciem, quam caudam scorpionum attendamus &c.

A fructibus eorum cognoscetis eos.

Acceperunt lapides, gemmas, calices, demoliti sunt templa, nec tamen ex lapidibus illis, fecerunt panes pauperibus.

Iudas etiam dixit: *Vt quid perditio hæc &c. quia fur erat.*

*ii. Similes Diabolo, duplices animo.

Psal. *Qui loquuntur pacem cum prox. suo, mala autem in cordib. eorum.*

Eccli. 2. *Væ duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & terram ingredienti duabus viis.*

Deut. 22. *Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœminea, abominabilis enim apud Deũ est, qui facit hæc.*

Ibid. *Non indueris vestimento, quod ex lana linoque contextum est.*

Reg. *Ioab Amasum osculans confodit pugione.*

Iudas osculo Christum prodidit.

Matth. 22. *Magister scimus quia verax es &c. Licet censũ &c.* Vt Iesum in captiuitatem vel odium adducerent, sic locuti Pharisæi,

Melius aperto Marte.

Simulata sanctitas, & charitas, *duplex iniquitas.*

Odisse, peccatum vnum est, alterum, simulare quod non est; mendacium enim est.

L NOTÆ

NOTÆ CONCIONIS XXII.

Dic vt lapides isti panes fiant

Factâ repetitione, sic propositum.

Dicendum { 1 *Cur Diabolus lapidibus tentat Christum,*
2 *Quod Christo in fame & siti parum auxilii.*
3 *Quod Diabolus hæreticis melior, secundum quid.*

AVE MARIA.

I.

¶ *Cur Diabolus lapidibus tentat Christum.*

Cum posset tentator aurum proponere, æque ac lapides, ad transsubstantiandum, sicque internoscendum Filium Dei, cur potius lapides proponit?

Item cur ibi loquitur de lapidibus: *Angelis suis &c ne offendas ad lapidem &c*

*1. Vt inde eius duritia pateret, & caueretur:

Beda tom 5. lib 1 in 4. Matth]*Bene de lapidibus panem facere suasit, vt qui durus est mente, duritiam ostenderet sermone.*

Ex abundantia cordis os loquitur.

Nunquid de tribulis vuæ? Matth. 7.

Loquela tua manifestum te facit.

Naturam expellas furca, tamen vsque recurret. ait Horat. *Æthiops pellem mutet?*

Pharao durus de saxis, lateribus, & ferro loquitur.

Erasm chiliad. 1. centur. 6. adag. 50. Videatur de sermone animi indice.

Quem ego videro lasciue loquentem, cantantem &c. iudicabo lasciuum &c.

Quem abiurantem Deum more militum *&c.* dicam Atheum.

Psal *Dixit insipiens in corde suo; non est Deus.*

Ex abundantia cordis, &c. Ex sacculo spirat odor inhærẽtis cinnamomi &c. quale aroma intus, talis odor foris: si graue, grauis &c. Oris

Oris & cordis magna vicinitas. Orationem factorum simulachrum aiebat Solon vt refert. *Laert. in Solone lib* 1.

Nota ergo hinc duritiem Diaboli, qui sæpe ne lapidibus loquitur, & odio habe durum hunc Dominum, imo tyrannum.

Matth. 25. *Scio quia homo durus est, metis vbi non seminasti, &c.*

*ii. Vt pateret proditorius animus.

Prou. *Lapidem ferre vna manu, panem altera ostentare;* sumptum ab iis, qui hoc dolo vitæ canum insidiantur.

Blandos autem adulatores notat prouerbium coram laudantes, promittentes &c. clam vero obtrectantes, nocentes &c.

Diabolus panem & lapidem habet *Dic (ait) vt lapides isti panes &c.*

Quidquid blandiatur lapidare vult & nocere. Ostendit suauia, voluptates &c. non pœnas.

Senec lib 2 *de benef. c* 7. Meminit panis lapidosi, Illud autem est beneficium à duro homine profectum, egenti tamen necessarium.

Origenes homil. 29. *in* 4. *Luc.* Dogmata mendacia hæreticorum, dicit lapides, non panes.

*iii. Vt vilius hominem perdat, & grauius. Nam si aurum argentum obtulisse &c.

Quo vilior res per quam vincimur, eo victoria turpior victo, & victus pœna dignior.

Qui pro nummulo occidit hominem, grauius peccat, quã qui pro mille aureis.

Gratis venundati estis.

Si Christus victus foret lapidibus è terra natis, vilibus, & qui calcari passim solent in viis, vulgaribus; vbique in promptu, stultus censeretur.

At quid amat, aut quâ re vincitur auarus? auro & argento; terra rubra, & candida, coctis in ventre terræ.

Quid amat libidinosus? Mulierem natam è terra, in terram reuersuram.

Quid, qui ornamenta corporis? terræ nascentia. nata è terra, fœnum agri &c.

Quid gulosus? terræ fœtus animalia, vina &c.
Gratis venundati estis &c,
Siliquæ sunt, paleæ sunt, lapides sunt, res nihili.

I I.

Christo, in fame & siti, parum auxilii.

Nascituro non fuit in diuersorio locus.
Matth 4 Hic esurit, & ecce lapides offeruntur.
Matth 21 Rediens è Bethania Hierosolymam, esuriit, & tantum folia ficus inuenit. Maledixit ergo & arescere eam fecit.
Ioan 20. Sitiit, & acetum datum felle mixtum.
Proh pudor: Esurire Creatorem, sitire; & offerri talia!
Quis calcat vuam, & non bibit?

Morale.

Christiani quidam Dæmonem, ficum, Iudæos crudelitate vincunt, aut æquant. Esurit, sitit salutem animarum.

Qui offerant Christo esurienti lapides.

j *Lapides* offerunt, qui corda dura.
1. Reg. 25. emortuum esse dicitur cor Nabal, & factus fuisse quasi lapis.
Terent. in Heautont. *Quid stas lapis, quin accipis?*
Virgil 4. Æneid. — *Duris genuit te cautibus horrens Caucasus &c.*
Duri homines, & sine vllo sensu compassionis viso Lazaro, quid sunt, nisi lapides?
Flet, clamat, loquitur pauper lapidi.
Iapeti filii sumus ex lapidibus nati vt fingit. *Ouid.* 1. *Metam.*
Aridiores silice, qui ob sua peccata flere non possunt.
Exod. 33. *Populus duræ ceruicis es.*
Steriliores lapidibus, qui nullum fructum boni operis proferunt.

Luc. 8. Semen cadens super petram: natum aruit, eo quod non haberet humorem.

Petræ, ossa terræ, quandoque dictæ fuerunt, *teste Isidoro*.

Multi Osse sterilіores, Nam & ossi medulla aliqua fere inesse solet.

Qui folia.

* ij. Folia offerunt hypocritæ, qui verborum, gestuum bonorum satis habent, veræ pietatis ne drachmam.

Beda. ficum folia non fructus etiam habentem, intelligit Hypocritas in illud Euang.

Qui acetum felle mixtum.

* iij. Acetum cum felle, degenerantes à prima perfectione.

Vt enim acetum ex optimo vino, ita qui ex bonis mali &c.

Vua eorum, vua fellis, & botrus amarissimus.

Plinius lib. 17. *c* 25. Oliuam narrat versam in oleastrum: fici fructus, qui albi esse debuerant, nigricasse: saporem dulcem, in amarum & acerbum, versum esse.

Labruscas non vuas dedit vitis aliena *apud Isai*.

Psal. I*bunt de virtute in virtutem*. Cancri instar retrogrado lapsu eundum.

III.

Diabolus Hæreticis melior secundum quid.

* *1. Sacramentariis.*

* j. Vult naturam totam lapidum, in totam canum naturam verti, non illusorie agi. Lapides fiant panes, non tantum esse appareant. Credidit ergo posse fieri à Christo, si Deus esset.

Quid dicitis Hæretici, dubitantes de vero Christi corpore, in altari?

* ii. Vult verbo fieri, non contactu. *Dic, dic* ait: Non mihi contingas, tum ne illudas applicando actiua passiuis, tum quia solo verbo potes.

Et verbo eiusdem Christi non creditis posse consecrari?

I I, *Patripaßianis.*

Tertull. lib. in Praxeam ex eo, quod Diabolus ait: *Si Filius Dei es:* probat Deum Patrem, Filium habere, in Patripassianos & ipsum Praxeam.

Item contra Sabellium, qui ita confessus est vnitatem substantiæ, vt negaret Trinitatem personarum.

Filius & Pater correlatiua, vnum dicens aliud statuit. Si Filius, ergo & Pater aliquis.

Athan. in symb Alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus.

I I I. *Arrianis.*

Arriani dicunt minorem Filium Patre.

Diabolus confutat, hîc tribuens Filio, quod Pater potest; Opus transsubstantiationis, opus Dei solius: *Digitus Dei est hic: Si Filius Dei es* (ô homo quicunque es, ait Diabolus) dicere potes & facere, *vt lapides isti panes fiant.* Si hoc potest, ergo Deus.

NOTÆ CONCIONIS XXIII.

Si Filius Dei es, dic vt &c.

Factâ repetitione, sic propositum.

Dicendum
- 1. *Quomodo miraculis probandi nouitatis Doctores.*
- 2. *Cur lapides Diabolus adhibuerit.*
- 3. *Quod multi duriores Diabolo, & lapidibus.*

AVE MARIA.

I.

Miraculis probandi Doctores nouitatis.

Missionis duo genera
- 1. *Ordinaria.* Ab hominibus autoritate pollentibus.
- 2. *Extraordinaria*, A Deo immediate.

Ordinaria

Ordinaria, patet verbo mittentis, vel eius literis, & diplomatis.

Extraordinaria, quia non patet, manifestanda miraculis.

Matth. 12. Luc. 11. Dictum Christo noua Euangelizanti: *Volumus à te signum videre.*

Missio extraordinaria Moysi ad Pharaonem probata signis & prodigiis. *Narra.*

Exod. 4. *Fecit signa coram populo, & credidit populus.*

Psal. *Posuit in eis verba signorum suorum.*

Elias. Suscitat mortuum;

Excit ignem è cœlo ad sacrificium;

Sistit pluuiam triennio; euocat cum libet.

Elisæus curat leprosum.

4. Reg. Oleum hospitæ multiplicat. Sed quia Diabolus potuisset simile quid facere, non vere multiplicando, sed aliunde allatum oleum coniungendo, addidit suscitationem mortui inimitabilem Dæmoni.

Christus legem Moysi abolliturus litera, completurus Spiritu, adhibet miracula, suscitat mortuos, mutat aquas in vina, panem in corpus suum, vinum in suum sanguinem,

Apostolis Matth. 10. datur potestas Dæmones eiiciendi, leprosos mundandi, mortuos suscitandi &c.

Marc. 16. *Illi profecti sunt Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.*

Ordinaria non erat eorum missio, imo contra Ordinariorum voluntatem prædicabant, Principum Sacerdotum, Scribarum &c.

Extraordinariam autem suam missionem, esse à Deo, signis probauere.

Ita Diabolus, antequam Christo credere, adorare &c. Velit; poscit ab eo miracula. *Dic vt lapides isti panes fiant.*

Obiectio.

D. Gregor. lib. 20. moral. c. 10.] *Veros Dei famulos, non miracula, sed sola charitas probat.*

Ibidem. *Nonnumquam vero hæretici signa quoque ac miracula faciunt.*

Matth. *Nonne in nomine tuo Dæmonia eiecimus? &c.*

Reſpondendum. Hæreticos & malos poſſe miracula facere, ſed non ad confirmandum, teſtimonio miraculi, errorem ſuum; nec ad iuſtificandum impietatem ſuam.

Fredericus Staphilus. Lutherus anno 1545. VVittembergæ dæmone obſeſſum liberare fruſtra tentauit.

Caluinus rogatus vt ſuæ fidei teſtimonium euidens perhiberet, præſumpſit velle hominis animare cadauer. Fecit vafer homo, in naui Eccleſiæ; ſolenniter viuum & incolumen loculis incluſũ, tãquã fun⁹ deportari, vbi aduenit tẽpus ſuſcitandi mortu qui ſoſpes fuerat, cum feretro includeretur, diuina vltione percuſſus, ablatus eſt mortuus. Miniſtri vero copioſã pecuniã dederunt, vt diceretur à vidua & aſtantibus, quia mortuus, in huius fidei veritatem ſtabiliendam, viuus reſurrexiſſet.

Gregor. Turon. lib. 2. c. 3. Narrat de Cirola quodam Arriano, qui victus diſputationibus S. Eugenii Epiſcopi Cathaginenſis, ſocii cuiuſdam ſui hæretici operam 50. aureis conduxit, quid ſe coram omnibus itinerantibus cæcum deplangeret. Tranſeunt igitur Cirola, rogauit ille, vt lucẽ ſibi redderet, vt aliis fecerat olim (ſi enim mentiebatur) Cirola, multis cæremoniis vtens, tandem dixit: Secundũ fidem noſtrã, qua certe credimus, Patrem Filio inæqualem, aperiantur oculi tui. At tantus dolor alteri factus eſt, vt iam moriturus videretur. Dixit ergo, accipe aurum tuum, da lumen meum, conuerſuſque ad S. Eugenium, Filium & ſpiritum S. Patri æqualem profitentem, recepit viſum.

Marci. 16. *Domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

Catholicis, cur non etiam modo miracula operentur.

*1. Quod iam non ſint neceſſaria miracula, doctrina, quam adhuc docent, olim ſatis ſuperque confirmata. Nouis enim dogmatis confirmandis neceſſaria miracula. At Rom. Eccleſiæ dogmata non ſunt noua. *Miracula inſignum infidelibus, non autem fidelibus:* Fideles ſumus.

D. Aug. lib. de vera relig. c. 24 Gregor. homil. 19. lib. 40. homil. *Miracula neceſſaria in exordio naſcentis Eccleſiæ fuerũt. Vt enim ad fidẽ creſceret multitudo credentiũ, miraculis*

lis fuerat nutrienda quia & nos cum arbusta plantamus &c.
D. Aug.lib.22. ciuit.c.8. *Possem quidem dicere necessaria fuisse priu, quam crederet mundus, ad hoc, vt crederet mundus.*
D. Ambros. ser. 20. Miracula tempore Christi & Apostolorum frequentata, non solum illis, sed & nobis postea secuturis facta sunt.
* 2. Ne semper visibilia quærantur.
D. Aug.tom.2.lib.1.retract. c.13. *Nec ista in nostra tempora durare permissa sunt, ne anima semper visibilia quæreret, vt & eorum consuetudine frigesceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit.*
Idem refertur lib. de vera relig.c.24.
* 3. Ne consuetudine vilescerent.
D. Aug. tom. 6. lib. contra Manich. c.16. *Quia non mouerent, nisi mira essent: at si solita essent, mira non essent.*
Id probat diei & noctis, annique quadrifariæ conuersionis argumento, quæ etsi mira sint, tamen sentiendi assiduitate contemnimus.
* 4. Ad maius meritum.
D.Chrysost.homil. 33. sup.Matth. *Magnum est charitatis argumentum, credere absq; pignorib miraculorum.*
Nisi signa & prodigia videritis, nō creditis, vox Christi indignantis, in Regulum.
* 5. Quod miraculis spiritualibus, cedant corporalia. Spiritualia autem modo fiunt.
Suscitatio quotidiana peccatorum.
D.Gregor.homil. 29. in Euang. & d. Aug. ser. 18. de verbis Domini. *Spiritualiter Deus facit, quod tunc per Apostolos corporaliter faciebat.*
Super ægros manus imponunt & bene habent, nam per absolutionem Sacramentalem, curantur peccatores.
Serpentes tollunt, bonis exhortationib.
Mortiferum bibunt, & non nocet, dum audiunt boni suggestiones malas, & non consentiunt.
D.Gregor. lib. 3. *dial c.*17. ait maius esse suscitare in anima Paulum, quam Lazarum ex sepulcro quatriduanum.
D. Gregor. Nazianz. orat. in 8. *in laudem D. Basilii.* miraculo ascribit, quod Basilius prædicatione sua extorquere po-
 tuerit

III.

De Hæreticis, & aliis Diaboli simiis.

Multi similes Diabolo.

* j. Hæretici, qui non aperte statim suadent discessionem ab Ecclesia, in qua tot sancti Martyres &c. floruerunt: Non statim Sacerdotum cædes, templorum excidia sonuerunt.

Initium eorum à re exigua, licita, necessaria forte.

Quid peccati est (aiunt) si in Quadrag. vescaris ouis & carnibus, cum cibos crearit Deus, vt cum gratiarum actione vsurpentur? 1. *Timoth.* 4.

Quid, si sub vtraque specie communices, iuxta Christi & Apostolorum morem?

Cuneus cuneus sunt ista, & acies incurua. Vt enim cuneus, qua parte in lignum adigitur, tenuis & exiguus est, adeo vt qui principio ad lignum applicari videt, putet impossibile, tam grande lignum findi hoc cuneo: at vbi malleorum ictibus pulsatur, tum patet vis illius. Acie cunei infixa, mox totus ingreditur, & findit quercum annosissimam.

Admissa acie cunei hæreticorum, mox crassior pars subsequuta.

Dixerunt reformandam Ecclesiam, Sacerdotes, Monachos, &c.

Sequuta postea Confessio Augustana, Sacerdotium, & Missæ sacrificium prorsus abolens.

Tandem Sacramentariorum & Caluini Confessio, quæ duo illa Sacramenta Baptismum, & Corpus Christi verum, ab Augustana Confessione relicta, sustulit.

Tandem ventum ad *Non est Deus* nec in cœlo, nec in Sacramento, ad Atheismum &c.

O Serpentigenas! At si hæc prima fronte dixissent, repulsi fuissent.

Idem magnifice loquuntur de charitate in pauperes:
Pauperes (aiunt) potiores ornatu templorum.
D. Ambrosius diuenditis calicibus captiuos redemit.

Quid

Quid faciunt lapides preciosi in annulis, in mitris Pontificum? Quid preciosa marmora in parietibus, & basibus templorum? *Dic vt lapides isti panes fiant.* Conuertantur ista, in vsum pauperum.

Iudæ instar: *Vt quid perditio hæc? potuit enim venundari multo, & dari pauperibus.*

Molliti sunt sermones eius super oleum &c. Intus Nero, foris Cato.

Gen. *Vox quidem vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau.*

Psal. *In circuitu impii ambulant.*

Matth. 7. *Attendite à falsis prophetis, qui &c.*

Dauid pugnaturus in Philistæos, oraculo Domini admonetur, ne à fronte aggrediatur Philistæos, sed post tergum gyret.

In omni aduersus hæreticos congressu, non tam faciem, quam caudam scorpionum attendamus &c.

A fructibus eorum cognoscetis eos.

Acceperunt lapides, gemmas, calices, demoliti sunt templa, nec tamen ex lapidibus illis, fecerunt panes pauperibus.

Iudas etiam dixit: *Vt quid perditio hæc &c. quia fur erat.*

*ii. Similes Diabolo, duplices animo.

Psal. *Qui loquuntur pacem cum prox. suo, mala autem in cordib. eorum.*

Eccli: 2. *Væ duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & terram ingredienti duabus viis.*

Deut. 22. *Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœminea, abominabilis enim apud Deū est, qui facit hæc.*

Ibid. *Non indueris vestimento, quod ex lana linoque contextum est.*

Reg. *Ioab Amasam osculans confodit pugione.*

Iudas osculo Christum prodidit.

Matth, 22. *Magister scimus quia verax es &c. Licet censū &c.* Vt Iesum in captiuitatem vel odium adducerent, sic locuti Pharisæi,

Melius aperto Marte.

Simulata sanctitas, & charitas, *duplex iniquitas.*

Odisse, peccatum vnum est, alterum, simulare quod non est; mendacium enim est.

NOTÆ CONCIONIS XXII.

Dic vt lapides isti panes fiant

Factâ repetitione, sic propositum.

Dicendum { 1 *Cur Diabolus lapidibus tentat Christum,*
2 *Quod Christo in fame & siti parum auxilii.*
3 *Quod Diabolus hæreticis melior, secundum quid.*

AVE MARIA.

I.

¶ *Cur Diabolus lapidibus tentat Christum.*

Cum posset tentator aurum proponere, æque ac lapides, ad transsubstantiandum, sicque internoscendum Filium Dei, cur potius lapides proponit?

Item cur ibi loquitur de lapidibus: *Angelis suis &c ne offendas ad lapidem &c*

*1. Vt inde eius duritia pateret, & caueretur:

Beda tom 5. lib. 1 in 4. Matth]*Bene de lapidibus panem fieri suasit, vt qui durus est mente, duritiam ostenderet sermone.*

Ex abundantia cordis os loquitur.
Nunquid de tribulis vuæ? Matth. 7.
Loquela tua manifestum te facit.

Naturam expellas furca, tamen vsque recurret. ait Horat.
Æthiops pellem mutet?

Pharao durus de saxis, lateribus, & ferro loquitur.

Erasm chilind. 1. *centur.* 6. *adag.* 50. Videatur de sermone animi indice.

Quem ego videro lasciue loquentem, cantantem &c. iudicabo lasciuum &c.

Quem abiurantem Deum more militum *&c.* dicam Atheum.

Psal *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.*

Ex abundantia cordis, &c. Ex sacculo spirat odor inhærentis cinnamomi &c. quale aroma intus, talis odor foris: si graue, grauis &c.

Oris

Oris & cordis magna vicinitas. Orationem factorum simulachrum aiebat Solon vt refert. *Laert. in Solone lib* 1.

Nota ergo hinc duritiem Diaboli, qui sæpe ne lapidibus loquitur, & odio habe durum hunc Dominum, imo tyrannum.

Matth. 25. *Scio quia homo durus est, metis vbi non seminasti, &c.*

*ii. Vt pateret proditorius animus.

Prou. *Lapidem ferre vna manu, panem altera ostentare;* sumptum ab iis, qui hoc dolo vitæ canum insidiantur.

Blandos autem adulatores notat prouerbium coram laudantes, promittentes &c. clam vero obtrectantes, nocentes &c.

Diabolus panem & lapidem habet *Dic (ait) vt lapides isti panes &c.*

Quidquid blandiatur lapidare vult & nocere. Ostendit suauia, voluptates &c. non pœnas.

Senec lib 2 de benef. c 7. Meminit panis lapidosi, Illud autem est beneficium à duro homine profectum, egenti tamen necessarium.

Origenes homil. 29. in 4. Luc. Dogmata mendacia hæreticorum, dicit lapides, non panes.

*iii. Vt vilius hominem perdat, & grauius. Nam si aurum argentum obtulisse &c.

Quo vilior res per quam vincimur, eo victoria turpior victo, & victus pœna dignior.

Qui pro nummulo occidit hominem, grauius peccat, quã qui pro mille aureis.

Gratis venundati estis.

Si Christus victus foret lapidibus è terra natis, vilibus, & qui calcari passim solent in viis, vulgaribus; vbique in promptu, stultus censeretur.

At quid amat, aut quâ re vincitur auarus? auro & argento; terra rubra, & candida, coctis in ventre terræ.

Quid amat libidinosus? Mulierem natam è terra, in terram reuersuram.

Quid, qui ornamenta corporis? terræ nascentia. nata è terra, fœnum agri &c.

Quid gulosus? terræ fœtus animalia, vina &c.
Gratis venundati estis &c,
Siliquæ sunt, paleæ sunt, lapides sunt, res nihili.

II.

Christo, in fame & siti, parum auxilii.

Nasciruro non fuit in diuersorio locus.

Matth 4 Hic esurit, & ecce lapides offeruntur.

Matth 21 Rediens è Bethania Hierosolymam, esuriit, & tantum folia ficus inuenit. Maledixit ergo & arescere eam fecit.

Ioan 20. Sitiit, & acetum datum felle mixtum.

Proh pudor: Esurire Creatorem, sitire; & offerri talia!

Quis calcat vuam, & non bibit?

Morale.

Christiani quidam Dæmonem, ficum, Iudæos crudelitate vincunt, aut æquant. Esurit, sitit salutem animarum.

Qui offerant Christo esurienti lapides.

j *Lapides* offerunt, qui corda dura.

1. Reg.25. emortuum esse dicitur cor Nabal, & factus fuisse quasi lapis.

Terent. in Heautont. *Quid stas lapis, quin accipis?*

Virgil 4. Æneid. — *Duris genuit te cautibus horrens Caucasus &c.*

Duri homines, & sine vllo sensu compassionis viso Lazaro, quid sunt, nisi lapides?

Flet, clamat, loquitur pauper lapidi.

Iapeti filii sumus ex lapidibus nati vt fingit. *Ouid. 1. Metam.*

Aridiores silice, qui ob sua peccata flere non possunt.

Exod. 33. *Populus duræ ceruicis es.*

Steriliores lapidibus, qui nullum fructum boni operis proferunt.

Luc. 8. Semen cadens super petram: natum aruit, eo quod non haberet humorem.

Petræ, ossa terræ, quandoque dictæ fuerunt, *teste Isidoro*.

Multi Osse steriliores, Nam & ossi medulla aliqua fere inesse solet.

Qui folia.

* ij. Folia offerunt hypocritæ, qui verborum, gestuum bonorum satis habent; veræ pietatis ne drachmam.

Beda, ficum folia non fructus etiam habentem, intelligit Hypocritas in illud Euang.

Qui acetum felle mixtum.

* iij. Acetum cum felle, degenerantes à prima perfectione. Vt enim acetum ex optimo vino, ita qui ex bonis mali &c.

Vua eorum, vua fellis, & botrus amarißimus.

Plinius lib. 17. c 25. Oliuam narrat versam in oleastrum: fici fructus, qui albi esse debuerant, nigricasse: saporem dulcem, in amarum & acerbum, versum esse.

Labruscas non vuas dedit vitis aliena *apud Isai*.

Psal. *Ibunt de virtute in virtutem*. Cancri instar retrogrado lapsu eundum.

III.

Diabolus Hæreticis melior secundum quid.

* *1. Sacramentariis.*

* j. Vult naturam totam lapidum, in totam canum naturam verti, non illusorie agi. Lapides fiant panes, non tantum esse appareant. Credidit ergo posse fieri à Christo, si Deus esset.

Quid dicitis Hæretici, dubitantes de vero Christi corpore, in altari?

* ii. Vult verbo fieri, non contactu. *Dic, dic* ait: Non mihi contingas, tum ne illudas applicando actiua passiuis, tum quia solo verbo potes.

Et verbo eiuſdem Chriſti non creditis poſſe conſecrari?

I I, *Patripaßianis.*

Tertull. lib. in Praxeam ex eo, quod Diabolus ait: *Si Filius Dei es:* probat Deum Patrem, Filium habere, in Patripaſſianos & ipſum Praxeam.

Item contra Sabellium, qui ita confeſſus eſt vnitatem ſubſtantiæ, vt negaret Trinitatem perſonarum.

Filius & Pater correlatiua, vnum dicens aliud ſtatuit. Si Filius, ergo & Pater aliquis.

Athan. in ſymb Alius Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus.

I I I, *Arrianis.*

Arriani dicunt minorem Filium Patre.

Diabolus confutat, hîc tribuens Filio, quod Pater poteſt; Opus tranſubſtantiationis, opus Dei ſolius: *Digitus Dei eſt hic: Si Filius Dei es* (ô homo quicunque es, ait Diabolus) dicere potes & facere, *vt lapides iſti panes fiant.* Si hoc poteſt, ergo Deus.

NOTÆ CONCIONIS XXIII.

Si Filius Dei es, dic vt &c.

Factâ repetitione, ſic propoſitum.

Dicendum:
1. *Quomodo miraculis probandi nouitatis Doctores.*
2. *Cur lapides Diabolus adhibuerit.*
3. *Quod multi duriores Diabolo, & lapidibus.*

AVE MARIA.

I.

Miraculis probandi Doctores nouitatis.

Miſſionis duo genera:
1. *Ordinaria.* Ab hominibus autoritate pollentibus.
2. *Extraordinaria*, A Deo immediate.

Ordinaria

Ordinaria, patet verbo mittentis, vel eius literis, & diplomatis.

Extraordinaria, quia non patet, manifestanda miraculis.

Matth. 12. Luc. 11. Dictum Christo noua Euangelizanti: *Volumus à te signum videre.*

Missio extraordinaria Moysi ad Pharaonem probata signis & prodigiis. *Narra.*

Exod. 4. *Fecit signa coram populo, & credidit populus.*

Psal. *Posuit in eis verba signorum suorum.*

Elias. Suscitat mortuum;

Excit ignem è cœlo ad sacrificium;

Sillit pluuiam triennio; euocat cum libet.

Elisæus curat leprosum.

4. Reg. Oleum hospitæ multiplicat. Sed quia Diabolus potuisset simile quid facere, non vere multiplicando, sed aliunde allatum oleum coniungendo, addidit suscitationem mortui inimitabilem Dæmoni.

Christus legem Moysi aboliturus litera, completurus Spiritu, adhibet miracula, suscitat mortuos, mutat aquas in vina, panem in corpus suum, vinum in suum sanguinem,

Apostolis Matth. 10. datur potestas Dæmones eiiciendi, leprosos mundandi, mortuos suscitandi &c.

Marc. 16. *Illi profecti sunt Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.*

Ordinaria non erat eorum missio, imo contra Ordinariorum voluntatem prædicabant, Principum Sacerdotum, Scribarum &c.

Extraordinariam autem suam missionem, esse à Deo, signis probauere.

Ita Diabolus, antequam Christo credere, adorare &c. Velit; poscit ab eo miracula. *Dic vt lapides isti panes fiant.*

Obiectio.

D. Gregor. lib. 20. moral. c. 10.] *Veros Dei famulos, non miracula, sed sola charitas probat.*

Ibidem. *Nonnumquam vero hæretici signa quoque ac miracula faciunt.*

Matth. *Nonne in nomine tuo Dæmonia eiecimus? &c.*

**Respondendum.* Hæreticos & malos posse miracula facere, sed non ad confirmandum, testimonio miraculi, errorem suum; nec ad iustificandum impietatem suam.

Fredericus Staphilus. Lutherus anno 1545. VVittembergæ dæmone obsessum liberare frustra tentauit.

Caluinus rogatus vt suæ fidei testimonium euidens perhiberet, præsumpsit velle hominis animare cadauer. Fecit vafer homo, in naui Ecclesiæ; solenniter viuum & incolumen loculis inclusũ, tãquã fun⁹ deportari, vbi aduenit tẽpus suscitandi mortu qui sospes fuerat, cum feretro includeretur, diuina vltione percussus, ablatus est mortuus. Ministri vero copiosã pecuniã dederunt, vt diceretur à vidua & astantibus, quia mortuus, in huius fidei veritatem stabiliendam, viuus resurrexisset.

Gregor. Turon. lib. 2. c. 3. Narrat de Cirola quodam Arriano, qui victus disputationibus S. Eugenii Episcopi Cathaginensis, socii cuiusdam sui hæretici operam 50. aureis conduxit, quid se coram omnibus itinerantibus cæcum deplangeret. Transeunt igitur Cirola, rogauit ille, vt lucẽ sibi redderet, vt aliis fecerat olim (si enim mentiebatur) Cirola, multis cæremoniis vtens, tandem dixit: Secundũ fidem nostrã, qua certe credimus, Patrem Filio inæqualem, aperiantur oculi tui. At tantus dolor alteri factus est, vt iam moriturus videretur. Dixit ergo, accipe aurum tuum, da lumen meum, conuersusque ad S. Eugenium, Filium & spiritum S. Patri æqualem profitentem, recepit visum.

Marci. 16. *Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.*

Catholicis, cur non etiam modo miracula operentur.

*1. Quod iam non sint necessaria miracula, doctrina, quam adhuc docent, olim satis superque confirmata. Nouis enim dogmatis confirmandis necessaria miracula. At Rom. Ecclesiæ dogmata non sunt noua. *Miracula insignum infidelibus, non autem fidelibus:* Fideles sumus.

D. Aug. lib. de vera relig. c. 24 Gregor. homil. 19. lib. 40. homil. *Miracula necessaria in exordio nascentis Ecclesiæ fuerũt. Vt enim ad fidẽ cresceret multitudo credentiũ, miraculis*

lis fuerat nutrienda quia & nos cum arbusta plantamus &c.

D. Aug.lib.22. ciuit.c.8. *Possem quidem dicere necessaria fuisse prius, quam crederet mundus, ad hoc, vt crederet mundus.*

D. Ambros. ser. 20. Miracula tempore Christi & Apostolorum frequentata, non solum illis, sed & nobis postea securis facta sunt.

* 2. Ne semper visibilia quærantur.

D. Aug.tom.2.lib.1.retract. c.13. *Nec ista in nostra tempora durare permissa sunt, ne anima semper visibilia quæreret, vt & eorum consuetudine frigesceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit.*

Idem refertur lib. de vera relig. c.24.

* 3. Ne consuetudine vilescerent.

D. Aug. tom. 6. lib. contra Manich. c.16. *Quia non mouerent, nisi mira essent: at si solita essent, mira non essent.*

Id probat diei & noctis, anniique quadrifariæ conuersionis argumento, quæ etsi mira sint, tamen sentiendi assiduitate contemnimus.

* 4. Ad maius meritum.

D.Chrysost.homil. 33. sup.Matth. *Magnum est charitatis argumentum, credere absq; pignorib miraculorum.*

Nisi signa & prodigia videritis, nõ creditis, vox Christi indignantis, in Regulum.

* 5. Quod miraculis spiritualibus, cedant corporalia. Spiritualia autem modo fiunt.

Suscitatio quotidiana peccatorum.

D.Gregor.homil.29.in Euang. & d. Aug. ser.18. de verbis Domini. *Spiritualiter Deus facit, quod tunc per Apostolos corporaliter faciebat.*

Super agros manus imponunt & bene habent, nam per absolutionem Sacramentalem, curantur peccatores.

Serpentes tollunt, bonis exhortationib.

Mortiferum bibunt, & non nocet, dum audiunt boni suggestiones malas, & non consentiunt.

D.Gregor.lib.3.dial c.17. ait maius esse suscitare in anima Paulum, quam Lazarum ex sepulcro quatriduanum.

D. Gregor. Nazianz. orat.in 8.in laudem D. Basilii. miraculo ascribit, quod Basilius prædicatione sua extorquere po-

 tuerit

III.

De Hæreticis, & aliis Diaboli simiis.

Multi similes Diabolo.

* j. Hæretici, qui non aperte statim suadent discessionem ab Ecclesia, in qua tot sancti Martyres &c. floruerunt: Non statim Sacerdotum cædes, templorum excidia sonuerunt.

Initium eorum à re exigua, licita, necessaria forte.

Quid peccati est (aiunt) si in Quadrag. vescaris ouis & carnibus, cum cibos crearit Deus, vt cum gratiarum actione vsurpentur? 1. *Timoth.* 4.

Quid, si sub vtraque specie communices, iuxta Christi & Apostolorum morem?

Cuneus cuneus sunt ista, & acies incurua. Vt enim cuneus, qua parte in lignum adigitur, tenuis & exiguus est, adeo vt qui principio ad lignum applicari videt, putet impossibile, tam grande lignum findi hoc cuneo: at vbi malleorum ictibus pulsatur, tum patet vis illius. Acie cunei infixa, mox totus ingreditur, & findit quercum annosissimam.

Admissa acie cunei hæreticorum, mox crassior pars subsequuta.

Dixerunt reformandam Ecclesiam, Sacerdotes, Monachos, &c.

Sequuta postea Confessio Augustana, Sacerdotium, & Missæ sacrificium prorsus abolens.

Tandem Sacramentariorum & Caluini Confessio, quæ duo illa Sacramenta Baptismum, & Corpus Christi verum, ab Augustana Confessione relicta, sustulit.

Tandem ventum ad *Non est Deus* nec in cœlo, nec in Sacramento, ad Atheismum &c.

O Serpentigenas! At si hæc prima fronte dixissent, repulsi fuissent.

Idem magnifice loquuntur de charitate in pauperes:

Pauperes (aiunt) potiores ornatu templorum.

D. Ambrosius diuenditis calicibus captiuos redemit.

Quid

Quid faciunt lapides precioſi in annulis, in mitris Pontificum? Quid precioſa marmora in parietibus, & baſibus tẽplorum? *Dic vt lapides iſti panes fiant.* Conuertantur iſta, in vſum pauperum.

Iudæ inſtar: *Vt quid perditio hæc? potuit enim venundari multo, & dari pauperibus.*

Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum &c. Intus Nero, foris Cato.

Gen. *Vox quidem vox Iacob eſt, ſed manus, manus ſunt Eſau.*

Pſal. *In circuitu impii ambulant.*

Matth. 7. *Attendite à falſis prophetis, qui &c.*

Dauid pugnaturus in Philiſtæos, oraculo Domini admonetur, ne à fronte aggrediatur Philiſtæos, ſed poſt tergum gyret.

In omni adnerſus hæreticos congreſſu, non tam faciem, quam caudam ſcorpionum attendamus &c.

A fructibus eorum cognoſcetis eos.

Acceperunt lapides, gemmas, calices, demoliti ſunt templa, nec tamen ex lapidibus illis, fecerunt panes pauperibus.

Iudas etiam dixit: *Vt quid perditio hæc &c. quia fur erat.*

*ii. Similes Diabolo, duplices animo.

Pſal. *Qui loquuntur pacem cum prox. ſuo, mala autem in cordib. eorum.*

Eccli: 2. *Væ duplici corde, & labiis ſceleſtis, & manibus malefacientibus, & terram ingredienti duabus viis.*

Deut. 22. *Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fœminea, abominabilis enim apud Deũ eſt, qui facit hæc.*

Ibid. *Non indueris veſtimento, quod ex lana linoque contextum eſt.*

Reg. *Ioab Amaſam oſculans confodit pugione.*

Iudas oſculo Chriſtum prodidit.

Matth. 22. *Magiſter ſcimus quia verax es &c. Licet cenſũ &c.* Vt Ieſum in captiuitatem vel odium adducerent, ſic locuti Phariſæi,

Melius aperto Marte.

Simulata ſanctitas, & charitas, *duplex iniquitas.*

Odiſſe, peccatum vnum eſt, alterum, ſimulare quod non eſt; mendacium enim eſt.

NOTÆ CONCIONIS XXII.

Dic vt lapides isti panes fiant

Factâ repetitione, sic propositum.

Dicendum { *1 Cur Diabolus lapidibus tentat Christum,*
2. Quod Christo in fame & siti parum auxilii.
3 Quod Diabolus hæreticis melior, secundum quid.

AVE MARIA.

I.

¶ Cur Diabolus lapidibus tentat Christum.

Cum posset tentator aurum proponere, æque ac lapides, ad transsubstantiandum, sicque internoscendum Filium Dei, cur potius lapides proponit?

Item cur ibi loquitur de lapidibus: *Angelis suis &c ne offendas ad lapidem &c*

*1. Vt inde eius duritia pateret, & caueretur:

Beda tom 5, lib 1 in 4. Matth] *Bene de lapidibus panem facere suasit, vt qui durus est mente, duritiam ostenderet sermone.*

Ex abundantia cordis os loquitur.
Nunquid de tribulis &c? Matth. 7.
Loquela tua manifestum te facit.

Naturam expellas furca, tamen vsque recurret. ait Horat.
Æthiops pellem mutet?

Pharao durus de saxis, lateribus, & ferro loquitur.

Erasm chiliad. 1. *centur.* 6. *adag.* 50. Videatur de sermone animi indice.

Quem ego videro lasciue loquentem, cantantem &c. iudicabo lasciuum &c.

Quem abiurantem Deum more militum *&c.* dicam Atheum.

Psal *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.*

Ex abundantia cordis, &c. Ex sacculo spirat odor inhærẽtis cinnamomi &c. quale aroma intus, talis odor foris: si grãue, grauis &c.

Oris

Oris & cordis magna vicinitas. Orationem factorum simulachrum aiebat Solon vt refert. *Laert. in Solone lib* 1.

Nota ergo hinc duritiem Diaboli, qui sæpe ne lapidibus loquitur, & odio habe durum hunc Dominum, imò tyrannum.

Matth. 25. *Scio quia homo durus est, metis vbi non seminasti, &c.*

*ii. Vt pateret proditorius animus.

Prou. *Lapidem ferre vna manu, panem altera ostentare*; sumptum ab iis, qui hoc dolo vitæ canum insidiantur.

Blandos autem adulatores notat prouerbium coram laudantes, promittentes &c. clam vero obtrectantes, nocentes &c.

Diabolus panem & lapidem habet *Dic* (*ait*) *vt lapides isti panes &c.*
Quidquid blandiatur lapidare vult & nocere. Ostendit suauia, voluptates &c. non pœnas.

Senec lib 2 de benef. c 7. Meminit panis lapidosi, Illud autem est beneficium à duro homine profectum, egenti tamen necessarium.

Origenes homil. 29 in 4. Luc. Dogmata mendacia hæreticorum, dicit lapides, non panes.

*iii. Vt vilius hominem perdat, & grauius. Nam si aurum argentum obtulisse &c.

Quo vilior res per quam vincimur, eo victoria turpior victo, & victus pœna dignior.

Qui pro nummulo occidit hominem, grauius peccat, quā qui pro mille aureis.

Gratis venundati estis.

Si Christus victus foret lapidibus è terra natis, vilibus, & qui calcari passim solent in viis, vulgaribus, vbique in promptu, stultus censeretur.

At quid amat, aut quâ re vincitur auarus? auro & argento; terra rubra, & candida, coctis in ventre terræ.

Quid amat libidinosus? Mulierem natam è terra, in terram reuersuram.

Quid, qui ornamenta corporis? terræ nascentia. nata è terra, fœnum agri &c.

Quid gulosus? terræ fœtus animalia, vina &c.

Gratis venundati estis &c,

Siliquæ sunt, paleæ sunt, lapides sunt, res nihili.

II.

Christo, in fame & siti, parum auxilii.

Nasciturо non fuit in diuersorio locus.

Matth 4 Hic esurit, & ecce lapides offeruntur.

Matth 21. Rediens è Bethania Hierosolymam, esuriit, & tantum folia ficus inuenit. Maledixit ergo & arescere eam fecit.

Ioan 20. Sitiit, & acetum datum felle mixtum.

Proh pudor: Esurire Creatorem, sitire; & offerri talia!

Quis calcat vuam, & non bibit?

Morale.

Christiani quidam Dæmonem, ficum, Iudæos crudelitate vincunt, aut æquant. Esurit, sitit salutem animarum.

Qui offerant Christo esurienti lapides.

j *Lapides* offerunt, qui corda dura.

1. Reg. 25. emortuum esse dicitur cor Nabal, & factus fuisse quasi lapis.

Terent. in Heautont. *Quid stas lapis, quin accipis?*

Virgil 4. Æneid. — *Duris genuit te cautibus horrens Caucasus &c.*

Duri homines, & sine vllo sensu compassionis viso Lazaro, quid sunt, nisi lapides?

Flet, clamat, loquitur pauper lapidi.

Iapeti filii sumus ex lapidibus nati vt fingit. *Ouid.* 1. *Metam.*

Aridiores silice, qui ob sua peccata flere non possunt.

Exod. 33. *Populus duræ ceruicis es.*

Steriliores lapidibus, qui nullum fructum boni operis proferunt.

Luc. 8.

Luc. 8. Semen cadens super petram: natum aruit, eo quod non haberet humorem.

Petræ, ossa terræ, quandoque dictæ fuerunt, *teste Isidoro*.

Multi Osse steriliores, Nam & ossi medulla aliqua fere inesse solet.

Qui folia.

* ij. Folia offerunt hypocritæ, qui verborum, gestuum bonorum satis habent, veræ pietatis ne drachmam.

Beda. ficum folia non fructus etiam habentem, intelligit Hypocritas in illud Euang.

Qui acetum felle mixtum.

* iij. Acetum cum felle, degenerantes à prima perfectione. Vt enim acetum ex optimo vino, ita qui ex bonis mali &c.

Vua eorum, vua fellis, & botrus amarißimus.

Plinius lib. 17. c 25. Oliuam narrat versam in oleastrum: fici fructus, qui albi esse debuerant, nigricasse: saporem dulcem, in amarum & acerbum, versum esse.

Labruscas non vuas dedit vitis aliena *apud Isai*.

Psal. I*bunt de virtute in virtutem*. Cancri instar retrogrado lapsu eundum.

III.

Diabolus Hæreticis melior secundum quid.

** 1. Sacramentariis.*

* j. Vult naturam totam lapidum, in totam canum naturam verti, non illusorie agi. Lapides fiant panes, non tantum esse appareant. Credidit ergo posse fieri à Christo, si Deus esset.

Quid dicitis Hæretici, dubitantes de vero Christi corpore, in altari?

* ii. Vult verbo fieri, non contactu. *Dic, dic* ait: Non mihi contingas, tum ne illudas applicando actiua passiuis, tum quia solo verbo potes.

Et verbo eiusdem Christi non creditis posse consecrari?

II, *Patripassianis.*

Tertull. lib. in Praxeam ex eo, quod Diabolus ait: *Si Filius Dei es:* probat Deum Patrem, Filium habere, in Patripassianos & ipsum Praxeam.

Item contra Sabellium, qui ita confessus est vnitatem substantiæ, vt negaret Trinitatem personarum.

Filius & Pater correlatiua, vnum dicens aliud statuit. Si Filius, ergo & Pater aliquis.

Athan. in symb Alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus.

III. *Arrianis.*

Arriani dicunt minorem Filium Patre.

Diabolus confutat, hîc tribuens Filio, quod Pater potest; Opus transsubstantiationis, opus Dei solius: *Digitus Dei est hic: Si Filius Dei es* (ô homo quicunque es, ait Diabolus) dicere potes & facere, *vt lapides isti panes fiant.* Si hoc potest, ergo Deus.

NOTÆ CONCIONIS XXIII.

Si Filius Dei es, dic vt &c.

Factâ repetitione, sic propositum.

Dicendum:
1. *Quomodo miraculis probandi nouitatis Doctores.*
2. *Cur lapides Diabolus adhibuerit.*
3. *Quod multi duriores Diabolo, & lapidibus.*

AVE MARIA.

I.

Miraculis probandi Doctores nouitatis.

Missionis duo genera:
1. *Ordinaria.* Ab hominibus autoritate pollentibus.
2. *Extraordinaria*, A Deo immediate.

Ordinaria

Ordinaria, patet verbo mittentis, vel eius literis, & diplomatis.

Extraordinaria, quia non patet, manifestanda miraculis.

Matth. 12. Luc. 11. Dictum Christo noua Euangelizanti: *Volumus à te signum videre.*

Missio extraordinaria Moysi ad Pharaonem probata signis & prodigiis. *Narra.*

Exod. 4. *Fecit signa coram populo, & credidit populus.*

Psal. *Posuit in eis verba signorum suorum.*

Elias. Suscitat mortuum;

Excit ignem è cœlo ad sacrificium;

Sistit pluuiam triennio; euocat cum libet.

Elisæus curat leprosum.

4. Reg. Oleum hospitæ multiplicat. Sed quia Diabolus potuisset simile quid facere, non vere multiplicando, sed aliunde allatum oleum coniungendo, addidit suscitationem mortui inimitabilem Dæmoni.

Christus legem Moysi aboliturus litera, completurus Spiritu, adhibet miracula, suscitat mortuos, mutat aquas in vina, panem in corpus suum, vinum in suum sanguinem,

Apostolis Matth. 10. datur potestas Dæmones eiiciendi, leprosos mundandi, mortuos suscitandi &c.

Marc. 16. *Illi profecti sunt Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.*

Ordinaria non erat eorum missio, imo contra Ordinariorum voluntatem prædicabant, Principum Sacerdotum, Scribarum &c.

Extraordinariam autem suam missionem, esse à Deo, signis probauere.

Ita Diabolus, antequam Christo credere, adorare &c. Velit; poscit ab eo miracula. *Dic vt lapides isti panes fiant.*

Obiectio.

D. Gregor. lib. 20. moral. c. 10.] *Veros Dei famulos, non miracula, sed sola charitas probat.*

Ibidem. *Nonnumquam vero hæretici signa quoque ac miracula faciunt.*

Matth. *Nonne in nomine tuo Dæmonia eiecimus? &c.*

lis fuerat nutrienda quia & nos cum arbusta plantamus &c.

D. Aug. lib. 22. ciuit. c. 8. *Possem quidem dicere necessaria fuisse priu, quam crederet mundus, ad hoc, vt crederet mundus.*

D. Ambros. ser. 20. Miracula tempore Christi & Apostolorum frequentata, non solum illis, sed & nobis postea secuturis facta sunt.

* 2. Ne semper visibilia quærantur.

D. Aug. tom. 2. lib. 1. retract. c, 13. *Nec ista in nostra tempora durare permissa sunt, ne anima semper visibilia quæreret, vt & eorum consuetudine frigesceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit.*

Idem refertur lib. de vera relig. c. 24.

* 3. Ne consuetudine vilescerent.

D. Aug. tom. 6. lib. contra Manich. c. 16. *Quia non mouerent, nisi mira essent: at si solita essent, mira non essent.*

Id probat diei & noctis, anniq́ue quadrifariæ conuersionis argumento, quæ etsi mira sint, tamen sentiendi assiduitate contemnimus.

* 4. Ad maius meritum.

D. Chrysost. homil. 33. sup. Matth. *Magnum est charitatis argumentum, credere absq; pignorib miraculorum.*

Nisi signa & prodigia videritis, nõ creditis, vox Christi indignantis, in Regulum.

* 5. Quod miraculis spiritualibus, cedant corporalia. Spiritualia autem modo fiunt.

Suscitatio quotidiana peccatorum.

D. Gregor. homil. 29. in Euang. & d. Aug. ser. 18. de verbis Domini. *Spiritualiter Deus facit, quod tunc per Apostolos corporaliter faciebat.*

Super ægros manus imponunt & bene habent, nam per absolutionem Sacramentalem, curantur peccatores.

Serpentes tollunt, bonis exhortationib.

Mortiferum bibunt, & non nocet, dum audiunt boni suggestiones malas, & non consentiunt.

D. Gregor. lib. 3. dial c. 17. ait maius esse suscitare in anima Paulum, quam Lazarum ex sepulcro quatriduanum.

D. Gregor. Nazianz. orat. in 8. in laudem D. Basilii, miraculo ascribit, quod Basilius prædicatione sua extorquere po-

tuerit à ditiorib.; vt eorum horrea aperirentur, & pauperes reficerentur.

II.

Cur lapides Diabolus adhibuerit.

*1 *Necessitate* quod in deserto, non essent mulierum formæ, ciborum deliciæ &c. solida tentationis arma.

D. Ambros ser. 35 de ieiunio Domini. *Deest illi de paradiso amœnitas arborum, consiliatrix Eua, pomorum speciosa deceptio. Vndique exclusus, ad pauimenta se confert, & postulat in cibum saxa mutari,*

*2 *Versutia*, quod simile quid factum olim fuisse recordetur, & ex operatione transsubstantiationis maxime difficilis, speret certior fieri de Christi diuinitate. Quasi ad lapidem Lydium, conatur diuinitatem Christi probare.

D. Ambros. ser, 35. de ieiunio Domini. *Versutus sane scit quid petat: nouit factum esse quod dicit. Meminit aquam de lapide sitientibus profluxisse.* Exod. 17.

Dentem molarem asini, aquam Samsoni sitienti ministrasse. Nihil enim Dei verbo impossibile est. *Luc.* 1.

*3. *Nequitia.* vt tanto vilius victoriam obtineat (quid enim vilius lapide deserti, & omnium pedibus proculcato?). & vt victus tanto grauius damnetur. Excusant enim à tanto, motiua magna & pretiosa peccati. Turpe prodidisse Christum 30. argenteis, minus turpe, si pro thesauro magno &c. Dictum heri, hodie inculcandum.

Gratis venundati estis.

Vult nos vili emere Diabolus, & nos sæpe pro vili nummo vænales sumus.

Luc. 15. Dedit siliquas, imo vix dedit prodigo, pro mercede seruitii:

Gen. Esau pro lenticula amittit benedictionem.

Act. Ananias & Saphyra coniuges, pro exigua parte pretii agri retenta morte subita occiderunt.

D. Greg. 4. *Dial. c.* Monachus ob nummulos occultatos in vnguento, periclitatus.

Num. 15. Ligna quidam colligens Sabbatho, lapidatus.

Iosue

Iosue 7 Raptor palliolí de anathemate Iericho periit.

* 4. *Crudelitate*, vt insultet esurienti, lapides pro panibus offerendo, ac sic in desperationem, aut iram immoderatam praecipitet.

Idem facit, ac si nuces aut panem bene crustatum offerat edentato: aut ad fenestram collocet, media hyeme, male vestitum.

Sarcasmus quidam, & hostica irrisio in facto. Nam certe quidam dixerunt, hanc tentationem fuisse irrisionem crudelem, quasi Christus non esset Filius Dei.

III.

Multi duriores Diabolo, & lapidibus.

* j. Diabolus simul ac vidit esurientem Christũ post 40. dies, obtulit tamen aliquid conuertendum, etsi lapides tantum.

Esurienti Christo conuersionem nostri, nos ne cor quidem lapideum illi offerimus dicentes: *Conuerte me, & conuertar ego &c.*

* ii. Diabolus non erat impediturus conuersionem lapidum in panes;

Nos nostri conuersioni resistimus.

Act. *Vos semper Spiritui sancto restitistis.*

Matt. 23. *Quoties volui congregare Filios tuos, &c. & noluisti?*

Volui, & noluisti: conatus sum & restitisti.

Apoc. *Ego sto ad ostium, & pulso &c.* tu mihi fores & aures claudis.

Inspirationibus internis conor, admonitionibus externis Oratores mei; & surdo ego & illi narramus fabulam.

Impugnant nonnulli verbum Dei, & eius praecones, an non hoc est resistere conuersioni?

Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere. Vnus ex vobis Diabolus est.

* iii. Diabolus optat verbo Dei fieri conuersionem. *Dic,* inquit, *vt &c.*

Nos ne factis Dei mirabilibus conuertimur.

Conatus est tot annos	*1. Bello* *2. Fame* *3. Peste tandem &c.*	Nos conuertere, & aërem verberauit.

* iii. La-

* iiij. Lapides à Diabolo oblatos, vel vno verbo Christus conuertisset.

Si collibuisset: at circa nos nequicquam laborat Deus. O Lapide duriores!

NOTÆ CONCIONIS XXIV.

Si Filius Dei es, Dic vt lapides isti, panes fiant.

Factâ repetitione, sic propositum.

Dicendum { 1. *Rursus cur lapidibus vsus hic Diabolus.* 2. *Quod peccatores duriores omni lapide.*

AVE MARIA.

I.

Cur hic lapidib. vsus tentator.

* j. Quanquam Diabolus libere agat, tamen à Deo etiam regitur, vt non possit, nisi quæ Deus velit, aut permittat.

Vsus est ergo lapidibus hic dicens: *Dic vt lapides isti &c*, item in secunda tentatione fecit mentionem lapidũ, dicens: *Ne forte offendas ad lapidem &c.* libere quidem ille, sed tamen Deo sic excœcante, vt eius pateret duritia, & caueretur. Dictum supra, concione 22. *art.* 1.

Huc pertinet prouerbium Plauti in Aulularia. *Lapides loqui*, pro duris & auditu molestis verbis.

* ii. *Superbia* Dæmon vsus lapidibus, vt sic latenter & obscure Christum faceret quasi præconem sui, imo mancipium suum.

Olim Romæ stantes è lapide editiore præcones faciebant præconium, si quid populo indicatum, aut publicatum vellent.

Item, ex lapide olim mancipia vænalia pronunciabantur, vnde *ex lapide emptos* dicebant, Vilissimos homunculos sic vocat Cicero.

Itaque si Christus paruisset lapidem transsubstantiando, habitus fuisset Dæmoni, quasi præco laudum suarum importunus, aut iactabundus. *Præco è lapide.*

Item:

Item: si per gloriam vanam, aut per gulam ibi peccasset, habitus fuisset tentatori quasi mancipium *emptum ex lapide* vt dicitur.

* iii. *Arte, & communiter accidentium rerum memoria.* Norat veterator frequentem vsum lapidum in multis negotiis hominum.

Lapis lydius, aurum probat.

Lapis, materia altarium.

Gen. 38 *Iacob erexit lapidem in titulum &c.*

Dominus vult altare ex lapidibus, quos ferrum non tetigit.

Lapis, Monimentum icti fœderis.

Gen. 31. *En tumulus hic & lapis quem erexi, testis erit.*

Lapis, monimentum defunctorum. Lippis & tonsoribus notum.

Lapis, terminus agrorum. Terminus Gentium Deus. *Ouid. in Fastis.*

Lapis, meta miliarium, hinc communiter: *Tertio, quarto ab vrbe lapide*, pro miliari tertio aut 4.

Lapis, instrumentum bellicum. Lapis funda iactus: vnde fundibularii.

1, *Reg.* 17, in lapide & funda victus Goliath.

Lapis molaris, bello vtilis. *Phocais effundit vastos Ballista molares*, ait Syll. lib. 1. *Graue Ballista mœnia pulsat onus.* Ouid. 1. Trist.

Plutarch. tom. 1. *vit. in Marcello* meminit molarium & vastorum lapidum iactorum in Romanos à Syracusanis, ope machinarum ab Archimede confectarum.

Lapis, in annulis &c. ad gloriam, ad mysterium, ad memoriā, ad nequitiā assumitur à nonnullis: quin & ad medicinā

Lapides, in humeris Aaron &c.

Lapis, extremi supplicii instrumentum.

Lex Moysi sæpe iubet lapidari criminosos.

Ouid. in Nuce. *Obruere ista solet manifestos pœna nocentes,*
Publica cum lentam non capit ira moram.

Matth. 18. Mola asinaria in collo scandalizantis pusillum credentem in Christum.

Vetus fabula, qua fingunt quidam Tantalum apud Infe-

ros

ros hoc pati supplicii, vt ingens saxum sic capiti eius immineat, vt iam iam casurum videatur, cuius metu, nihil epularum libeat attingere, Ioue sic vlciscente eius votum iugiter viuendi inter epulas.

Vide Athenæum lib. Dipnosophistarum 6.

Vide prou. *Tantali lapis.* Vide Gregor. Naz. in ep. ad Basil. vbi vocat vitam solicitam ταντάλειον ζωήν.

Virgil. 6. Æneid. Lapithas &c. hoc genere supplicii torqueri memorat.

Quid memorem Lapithas, Ixiona Pirithoumq;,
Quos super atra silex iam iam lapsura, cadenti
Imminet assimilis?

Sisyphus dicitur reuolubile semper saxum in montem apud Inferos voluere prou. *Lapis Sisyphius*

Ouid. lib. 3. met. *Aut petis aut vrges rediturum Sisyphe saxum.*

Huc illud Virg. 6. Æneid. *Saxum ingens voluunt alii, radiisq; rotarum*
Districti pendent.

Et Prometheus saxo religatus.

Damnantur multi, vt ad metalla, sic ad lapidicinas seu latomias.

Putat ergo Diabolus etiam hîc lapides sibi vsui futuros &c.

II.

Peccatores multi lapide duriores.

Molliuntur, aut secantur multa {
- *Ferro.* vt ligna, lapides multi, ferrum ipsum.
- *Flamma*: ferrum, chalybs.
- *Aqua*: vt terra indurata, pisa, fabæ, lapides &c. *Gutta cauat lapidem non vi, sed sæpe cadendo.*
- *Sanguine*: vt adamas hirci sanguine calido.
- *Horrore*: petræ scissæ & velum templi, moriente Deo.

Maked

Malleo : Vt ferrum, lapis fere & murus omnis.
Virga : Moyses *percußit petram, & fluxerunt aquæ.*
Saxifrago : Est autem saxifragus herba quæ alias adiatum dicitur, de qua Plinius li. 22. c. 21. *Calculos è corpore mire pellit, frangitq; vtique nigrum.*

Ab effectu autem potius, quam quod in saxis nascatur, saxifragus appellatus est.

Ferrum, & flammas Bellorum tot annos patimur, nec frangimur. Adamantes duri, & incudes ferro durantur.

Crocodili instar sumus, cuius cutis & dorsum nec ictibus læditur, nec gladiis perforatur.

Fabæ Ægyptiæ sumus. Plinius certe ait in Ægypto nasci fabas ita duras, vt nullo igne coquantur, nec aqua vlla mollescant.

Videmus à pauperibus, aratoribus dispersis errantibus, lachrymarum maria &c.

Nos in vrbibus, Oceano beneficiorum Dei protegentis, inundamur. sed nec his aquis mollescimus.

Videmus sanguinem fratrum fusum. *Et inundant sanguine fossæ.* Virg.

Audimus nihil præter *Horrentia Martis Arma* Tubas, &c.

Tundimur malleo verbi Dei; instant Oratores verbi Dei:

Virgis tribus (vt aiunt) cædimur, fame, peste, Bello; & quid non sentimus? & tamen non frangimur, non conuertimur.

Deucalionis iactibus nati. *Vide Ouid. lib.* 1. *Metam & Iuuenal saty.* 1.

Virg. 4 Æneid, — *Duris genuit te cautibus horrens,*
Caucasus, Hircanæq; admorunt vbera Tigres.

Fingite animo vos videre Dominum Iesum in deserto innixum lapidi, vix ossibus hærentem, deliquium animi patientem, ob ieiunia longa & esuriem; aut in itinere, defectu ficus vnius, morientem, aut in cruce inclamantem *Sitio* : Nonne (per fidem vestram) mox succurreretis, & daretis ei quisque pro viribus, quicquid penes vos esset?

Esuria

Esurio ait & sitio non vestra, sed vos. *Fili prabe mihi cor tuum,* date date corda vestra: Conuertimini ad eum in toto corde vestro, & egregie cibaueritis esurientem, & sitienti vina dederitis Consulum primorum. Vrgendum hîc & instandum.

NOTÆ CONCIONIS XXV.

Qui respondens dixit, Scriptum est, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum { *1. Quam prudenter Christus hic responderit.* / *2. Quod cauit à mēdacio, & de generibus mendacii.* / *3. Cur non fecerit miraculum desideratum.* }

AVE MARIA.

I.

Quam prudenter Christus hic responderit.

Max. Tyrius ser. 12. ait Socratem commendasse discipulis suis habere tria { *1. In animo prudentiam,* / *2. In vultu verecundiam,* / *3. In lingua silentium.* }

Pythag. aiebat: *Aut sile, aut affer meliora silentio.*

Idem, Discipulis imperabat silentium diuturnum, quinquennale, vt opinor. Non minus quisquam tacuit, quam biennium, ait. *Gell lib.* 1. *noct.c.9.*

Chilon rogatus, quid difficile esset; *Arcanum reticere,* inquit.

Aristoteles aiebat, eum, qui silere non nosset, nec loqui admodum scire.

Eiusdem artificis, breuiter & copiose dicere: & eiusdem silere, & apte loqui.

Diogen. Laert. lib. 1. vit. in Solone. *Homo stultus tacere potest,* aiebat Solon.

Christus

Christus Dominus vera Sapientia, hîc ostendit { *Prudentiam* / *Verecundiam* / *Silentium*, dicens:

Scriptum est, Non in solo pane &c.

*I. *Prudentiam*; Dissimulando nôsse Dæmonem, & eius dolum; & loquendo non acerbe, vt solitus alibi.

Matth. 22 *Quid me tentatis hypocritæ, ostendite mihi numisma census.*

Iesus autem vt vidit cogitationes eorum: &c

Ratio Nam si dixisset: *Ego te intus & in cute noui*, ô subdole, nec est quod te hominem mentiaris, eremitam &c. Conaris scire, quod nescis &c. Dæmon, etiam sine miraculo transsubstantiationis, habuisset vtcumque intentum. Dei enim solius nôsse corda hominum &c

Loquitur ergo blande, vt bono viro, vt ignoto. *Scriptum est &c.*

Licet ergo quandoque dissimulare quod est, etsi mentiri non licet.

*ii. *Verecundiam*; verecunde, ac modeste de se loquendo. Nā se hominē vocat, dum ait: *Nō in solo pane viuit homo &c.* etsi Diabolus loqueretur de filio Dei dicens; *Si filius &c.*

Beda tom. 5. lib. 1. in 4. Luc. *Ipsa responsio Saluatoris hominem fuisse indicat, qui tentatus est.*

Congruenter sane & necessario, ne Dæmon agnosceret Deum, tum vero etiam ad templum modestiæ.

Vbique se vocat Filium hominis, raro vel nunquam Filium Dei.

Interrogatus, an esset Filius Dei, ait: *Tu dixisti*: *Vos dicitis &c.*

Philipp. 2. *Non rapinam arbitratus esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit.*

Homunciones titulis magnificis delectantur- { *Maiestatis* / *Altitudinis*, / *Excellentiæ*. / *Dominationis* &c titulis Deo dignis.

Filii hominum, *Filii terræ*, *gloriantur origine*: Christ⁹ Deus origine, Filius hominis vocatur.

Et mi genus ab Ioue summo, ait quidam.

M Osten-

Ostentant *veteri cincta atria cera.*

Post titulos istos Maiestatis, Altitudinis &c. quid restat, nisi vt dii etiam esse velimus aut haberi, more quorundam Ethnicorum.

Instruimus subditos, quibus nos titulis honorent scribẽdo, loquendo &c.

Max. Tyrius ser. 19. Psaphon Libs quidam, volens haberi Deus, capras vocales aues aliquot docuit hæc verba garrire: *Magnus Deus.*

Psaphon, doctas emisit in montes, illæ alias idem dicere docuerunt. Inde stulte creditus Deus Psaphon Lybicis, comitiisque auium creato Deo sacrificatum.

Plutarch. in apopht. Alexander per literas petiit, vt Lacedæmoniorum decreto decernerentur ipsi diuini honores, & in deorum numerum referretur.

Ælianus lib. 2. varia hist. c. 19. Itaque aliis aliter statuentibus, Lacedæmonii decretum eiusmodi fecerunt: *Quoniam Alexander Deus esse vult, esto Deus.*

Plutarch in apopht. Lac. & Ælianus lib. 12. var. hist. Menecrates Medicus, quum desperatæ curationes quædam ipsi fæliciter cessissent, populari adulatione dictus est Iupiter.

Hoc cognomento vir superbissimi ingenii delectatus, Agesilao scribens, hac vsus salutatione: *Menecrates Iupiter Agesilao Regi salutem*: contemptis & abiectis eius literis, sic respondit Agesilaus: *Rex Agesilaus Menecrati sanitatem*, quod scilicet morbo animi laboraret.

Reges sic tractent Thrasones illos ambientes nomina. *Excellentia, Dominationis* &c. *Philippus Rex N. sanitatem* &c.

Prædicandũ omnino edictũ, quod à Rege Catholico Philippo his annis prodiit, in tam superbas honoris præfationes.

Isai. 1. *Omne caput languidum, & omne cor mærens.*

Multi nihil non faciunt, & somniant, vt honorentur, splẽdide nominentur &c.

Horat. in Arte. *Deus immortalis haberi.*

Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam.

Insiluit &c. fuit hic Philosophus Physicus Agrigentinus, Pythagoræ sectator.

Olim

Olim Rex Dauid, Salomon &c. de Maximis Regibus dictum.

Christum Regem Regum, Euangelistæ & Angeli vocant puerum. *Inuenietis infantem &c.* aiunt pastoribus. Luc. 2.

Matth. 2. Accipe puerum & matrem eius ait Angelus Ioseph.

Luc. 2. Vt cum circumcideretur puer.

Luc. 2. Remansit puer Iesus &c.

Spiritus sanctus, quo inspirante scripta illa sunt, sic Regem Regum vocari voluit, ad exemplum humilitatis Christianæ: *Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.*

* iij. *Silentium,* paucula respondendo.

Apte, ne vel ex eius doctiloquio perciperet hostis, quod rimabatur.

Prou. *Ex vngue leonem.*

Diogenes Laert. in Solone lib. 1. Τον λόγον ειδολον ειναι τον έργων *Orationem esse factorum simulacrum.*

Ex paucis verbis intelligitur & fatuus & eruditus. Ne ergo perciperetur eius diuitias ex verbis, parcissime loquutus est.

In multiloquio non deerit peccatum.

II.

¶ *Christus cauit a mendacio cuiuslibet generis.*

Notandum vero licet vellet Christus maxime hosti occultus esse, noluisse tamen mentiri, nec potuisse.

Ego sum via, veritas & vita.

Mirum esset, si *Vnda daret flammas, daret ignis aquas:* Si sol daret tenebras, & tenebræ lucem &c.

Mirabilius, si à veritate mendacium. Noluit dicere: non sum Filius Dei, non possum conuertere lapides &c.

In exemplum sectandæ veritatis, fugiendi mendacii: nec mentitur, imo nec falsum dicit.

Mendacium autem duplex { 1. *Dicti.* 2. *Facti. Nutu signisq; loquuntur.* Ouid.

 Men-

Mentitur facto, qui claudicat non claudus, furias simulat more Vlyssis &c. minime furiosus.

Plutarch. Aristogiton solitus arma & prælia semper ructare, cum exercitus conscriberetur, ne miles scriberetur, crus circumligauit, baculoque inniti cœpit, quem spectans Phocion dixit scribæ: *Aristogitonem claudum, & eundem improbum atque mendacem scribes.*

Qui paupertatem, vulnera, vlcera simulant, facto mendaces sunt.

Mendacium triplex.

- *Perniciosum.*
  - 1. In religionem, art. fidei, vt: Non esse corpus Christi in Euch. &c.
  - 2. Lædens aliquem, neminem iuuans: vt detractio fallax.
  - 3. Proficiens vni, nocens alteri: vt in iudicio, mortale, contrarium charitati Dei & proximi.
- *Iocosum.*
  - 1. Sola mentiendi libidine nemini nocens, aut iuuans mirum mendacium.
  - 2. Adulatorum, parasitorum, apud principes, prælatos &c.
  - 3. Veniale natura, mortale per accidens fiet.
- *Officiosum.* Seu (vt Aug. loquitur li. de mẽdacio. c. 1.) *misericors.*
  - 1. Quod nulli obest, & alicui prodest In bonis fortunæ: vt si saluandæ pecuniæ herilis gratia, dicat seruus furi, nescio locum &c.
  - 2. Quod nulli obest, alicui prodest in bonis naturæ, in conseruatione personæ. Vt si quis mentiatur hominem domi non esse, qui quæritur occidendus. Obstetrices Ægypti huc pertinent.
  - 3. Quod nulli obest, alicui prodest in bonis gratiæ. Vt si quis dicit adolescentulam comitem in via, vxorem suam esse, ne vim patiatur.

Venialia vt plurimum sunt iocosum & officiosum de genere suo.

D. Aug.

D. Aug. lib. 1. de mendacio c. 2. *Exceptis igitur iocis, quæ nunquam sunt putata mendacia: habent enim euidentissimā ex pronuntiatione atque ipso iocantis affectu significationem animi nequaquam fallentis, etsi non vera enuntiantis, quo genere vtrum sit vtendum perfectis animis, alia quæstio est, &c.*

Tanto autem nocentius mendacium, quanto maiori bono nocet: Tanto minus malum, quanto maius bonum causat.

Non mentiendum vlla de causa.

Non mentiendum pro liberatione hominis à quocunque periculo (iuxta Aug. lib. ad Consentium de mendacio c. 5. 6. 7. & D. Thom. in summa:) sicut nec furandum nec mœchandum, etsi furto vel adulterio nostro liberari possit aliquis de morte. Nec pro seruanda corporis pudicitia mentiendum.

Licet tamen prudenter celare veritatem, sub aliqua dissimulatione, aut dicto ambiguo &c.

Gen. Abraham, Saram coniugem suam, dixit esse sororem: soror autem erat ex parte patris, & etiam vxor.

D. Athanasius, nauicula fugiens persequentes, conuersa nauicula rediens, rogatusque an non vidisset Athanasium, dixit: & se vidisse, & illac iam iam transisse: viderat enim se, & modo ipse illac transierat.

D. Franciscum narrant aliqui (an vere nescio) respondisse, manibus in manicas conuersis, illac hominem quæsitum non transisse: Callide & vere, si vera est fabula.

Veritas aut dicenda, aut artificiose celanda.

Sperandum enim, Deum non passurum, amicum veritati mala, & incommoda pati.

Plato lib. 3. de Repub. mendacium concedendum ait solis medicis, apud ægros desperatos, consolationis causa.

D. Chrysost lib. 1 de Sacerdotio, narrat D. Basilio, à medico curatum infirmum, mendacio. Vasculum medicus decoxit in vino, vt sic odore, & colore aqua mera, merum ac verum vinum referret: ægro dedit aquam, & vinum dixit: æger hausit, vinum credidit, & conualuit. Sed neque sic mentiendum videtur. *Ex August. sup de mendacio.*

Præmium mendacium hominum apud homines.

Laert. lib 5. c. 1. Interrogatus, Aristoteles, quid lucri mendacibus: Vt vera, inquit, loquentibus non credatur.

Maximus. *ser.* 35. id tribuit Æsopo. Duo certe idem dicere potuerunt.

Premium apud Deum.

Psal. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium &c.* Pulcher est liber Aug. de mendacio.

III.

¶ *Cur Christus miraculum desideratum non fecerit.*

Præter causas prius dictas, ne Philautiæ insimularetur, qui sibi miracula faceret.

Magni viri, aliis, non sibi miracula fecerunt.

3. Reg. 17. Elias viduæ inopi multiplicat oleum & farinam, quibus vtitur communiter cum illa: At in deserto solus famem patiens, nihil tale, sed se committit Dei prouidentiæ.

Timotheus ægros curabat, se vero non.

1. Timoth. 9. *Modico vino vtere propter stomachum, & frequentes infirmitates tuas.* Frequentes ait notantur.

Petrus, vmbra sua, alios curans, vix ad tempus breue curare voluit filiam Petronillam.

Christus alios pauit in deserto, modo quinque millia hominum modo 4. &c.

Hic ipse esuriens, & inueniens nihil facit.

Matth. 21. Rursus esuriens, & inueniens ficum infructuosam, nihil.

Ioann. 20 In cruce sitiens, qui aquas in vinum olim aliis verterat, sibi nihil &c.

Ne miracula, pro nobis ipsis, nisi rarissima faciamus.

Vt in alios humaniores simus, quam in nos.

Ignoscas aliis multa, nihil tibi, ait quidam.

Confessarii pœnitentes verbis humanis, leuibus pœnitentiis (quas vocant) consolentur &c.

Non dicant Iudæ, si ducitur pœnitentia, si paratus proiicere argen-

re argenteos. *Tu videris, quid ad nos &c.* Ne Iudæ laqueum texant &c.

Sese vrgeant, torqueant, tundant &c. Aliis largi, arcti sibi.

NOTÆ CONCIONIS XXVI.

Qui respondens dixit, scriptum est: Non in solo pane &c.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum { *1. De modo Christi in respondendo, & cur talis.*
2. De necessitate, & nobilitate verbi Dei.
3. Quod etiam doctissimi egeant Verbo Dei. }

AVE MARIA.

I.

Qui modus Christi in respondendo: cur talis.

1. *Reg* 17. Dicitur Dauid pugnaturus in Goliath, arma Saulis induisse primo, postea cum vsum non haberet, exuisse, ac contentum fuisse funda, & lapidib⁹ 5. sumptis ex flumine.

Est autem funda militiæ veteris instrumentum, constans lamina corii perforata in medio, appendentibus funibus duobus, vnde lapides tanta vi olim rotati dicuntur, vt in aere liquescerent.

Virgil. *1. Georg. Stuppea torquentem Balearis verbera fundæ &c.* Funditores vocabant olim qui funda pugnabant, in quorum locum, successêre, qui plumbeas glandes eiaculantur vi pulueris tormentarii.

Et Christus Dauid alter, expugnaturus Inferni Goliath, arma mundi, rationes, & subtilitates, & dilemata &c. (quãuis sciret, & vtendi peritiam haberet) omisit, & lapillum vnum de flumine scripturarum depromptum, & reconditum in pera memoriæ lingua quasi funda contorsit in hostem, quo non minus attonitus & mutus factus est tentator.

 quam

quam Goliath iactu lapidis sumpti è torrente: *Scriptum est inquit, non in solo pane &c.*

Arma mundi rationes, & subtilitates sunt.

Sic dicere potuisset; *Si*, per si soluitur &c.

Vel sic; Aut sum Deus, aut sum homo, quorum alterum scire vis &c. Si Deus, esca non egeo.

Et si esuriero, non dicā tibi: Meus enim est orbis terre &c.

Si esca non egeo, frustra proponis, & frustra conuerterem lapides in panes mihi.

At si homo; non meum dicere, vt fiant panes, vt vis; sed meum orare Deum, vt faciat. Hoc aut simili modo Iesus noster, Respondens noster (sic enim eum vocat hîc Matthæus d. *Qui respondens dixit &c.*) sed tantum ait: *Scriptum est &c.*

Cur sic respondit Christus.

*I. Vt vincat humilitate, non maiestate.

D. Hierony. tom. 5. lib. 1. comment. 4. Matth. & post eum Beda. tom 5. lib. 1. in 4. Luc. verbis iisdem. *Ideo sic respondet Dominus, quia propositum ei erat humilitate Diabolum vincere, non potentia.*

*ii. Vt doceat cum Diabolo, non pugnandum rationibus, quibus ipse & cauillationibus redundat, sed scripturis, *Scriptum est, scriptum est.* Vim contulit hîc Deus scripturis, cōfundendi astutum illum hostem.

Tentat igitur te ille de superbia? Dic tu; Scriptum est;

Omnis collis humiliabitur &c.

Iac. *Deus superbis resistit.*

Luc. *Deposuit potentes de sede &c.*

De auaritia? dic; scriptum est:

Neque auari regnum Dei possidebunt.

Nihil iniquius, quam amare pecuniam.

De luxuria? dic: scriptum est;

Neq; adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt.

De ira? dic; Scriptum est:

Ira viri iustitiam Dei non operatur.

De inuidia?

Inuidia

Inuidia Diaboli, mors &c.

De gula?

Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate.

De pigritia, & tarda ad Deum conuersione? dic: Scriptum est:

Quærite Dominum, cum inueniri potest.

Matth. 25. *Clausa est ianua*, fatuis virginibus dictum: *Nescio vos.*

Assumite gladium Spiritus, quod est verbum Dei.

Cant. Turris Dauid, *mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.*

Ideoque frequenter libri pii legendi, aut conciones audiendæ, vnde, tanquam ex flumine, lapides fundæ assumantur, ad vincendum in lapide & funda. *Ipse dixit:* Deus dixit: sit pro omni ratione voluntas Dei, Deus sic vult, sic iubet. Ergo,

* iij. Vt doceat aliter disputandum Theologo, aliter Philosopho, medico &c.

Dicat Philosophus Physicus; hoc deorsum est, quia graue &c. Ethicus: hoc agendum, quia iustum &c. Logicus; argumentum illud non valet, quia peccat in materia, peccat in forma: Dicat medicus; hoc vinum nocebit illi ægro; quia nimis ardens &c. dicat architectus: hoc ædificium cito corruet, quia in arena situm &c. Theologus autem: ibi est corpus, & sanguis Christi, quia Scriptum est: *Hoc est enim &c.* Quia ipse dixit: Maria est Mater & Virgo, Scriptum est enim: *Ecce virgo concipiet &c; Conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine &c.*

* Abscedat omnis humanarum caligo rationum.

Pythagoricorum illud, regnet apud Theologos:

Ipse dixit, de quo *Cic. lib. 1. de nat. Deorum.*

Ad meritum maius.

D. Greg. *Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum.*

II.

Quæ verbi Dei necessitas & vtilitas.

M 5 Non

Non in solo pane, sed in omni &c.

Hilar. in Matth. *Ostendit his verbis Dominus, non in pane hoc solitario, sed in verbo Dei æternitatis alimoniam sperandum.*

D. Ambrosius pulcre obseruat, id dictum à Domino, vt ostenderet ieiunia nostra, non debere sæculi actibus, sed sacris literis occupari.

Idem docet Cyrillus Hieros. catech. 2. illum.

Cur verbi Dei tanta necessitas homini.

Non minus necessarium animæ verbum Dei, quam panem corpori, hic Christi censura est. Probatur.

* j. *Quod homo duabus partibus constet.*

Singulis animalibus, singula alimenta. Ecsi vsquam esset belua multorum capitum, hinc habens caput leonis, illinc equi; hinc lupi, illinc piscis &c. Leoni, & lupo, carnes; equo fœnum, pisci aqua, porrigenda essent.

Ergo & homini, corpore animaque constanti, duplici opus cibo, pane & verbo Dei.

* ij. *Quod verbo Dei regeneratus.*

Arist. 7. de anima. Iisdem nutritur animal, ex quibus nascitur: pullus ex ouo nascens, ouo nutritur: ex albugine gignitur, vitello nutritur.

Homo, secundum corpus, generatus ex superfluo alimenti viri, nutritur superfluo alimenti mulieris, menstruis &c.

*S*ecundum animam, homo, Christianus factus, & renatus Filius Dei, verbo Dei.

Iac. 1. *Voluntarie genuit nos verbo veritatis.* Ergo, verbo veritatis nutriendus.

Verba quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt.

Ioann. 6. *Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.*

Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.

*iij. *Quod iidem huius in animum, & illius in corpus, effectus.*

1. Pane augetur corpus, & confirmatur.

Psal. 103. *Et panis cor hominis confirmet.*

Et animus, verbo Dei confirmatur.

2. Timoth. 3. *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.* Mach-

Mach. *Habëtes solatio sanctos libros &c*

3. Reg 16. *Et ambulauit Helias in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei.*

*2. Cibo corporis conseruatur humidum radicale.

In animo quoque sunt quædam semina, inclinationes bonæ, radicesque virtutum fructuriëtes: Et hæ conseruantur auditu & pastu verbi Dei.

*3. Calor corporis fouetur pane: ardens ad bonum animus, verbo Dei.

Luc 24. *Nonne cor nostrū ardens erat in via, dum loqueretur: & interpretaretur nobis scripturas?*

Psal. *Ignitum eloquium tuum vehementer.*

Act. 1. Ideo Spiritus S. in linguis igneis.

Si voces Oratorum mundi inflammare dicuntur animos, quid voces Dei.

Nobilitas Euangelii hîc tangitur.

Non enim Christus ait tantum: *in omni verbo*; sed addit, *quod procedit de ore Dei.* Verba hominum, sunt siliquæ, non nutrientes, sed inflantes. Hac de re vide comment. nostra in illud Luc. 15. Et cupiebat implere ventrem de siliquis &c.

Eccl. 35. *Non te effendas super omnem escam.*

Reuerenter audiendas conciones docet verbum hoc: *Quod procedit de ore Dei.*

Cur verba Dei, verba Concionatorum.

Verba Dei dicuntur, verba scripturæ sanctæ, Angelorum, Apostolorum, Prædicatorum &c. ratione. { *missionis.* / *dictaminis.*

Mittit, & dictat Deus.

Pro Christo legatione fungimur, ait Paulus.

Exod 4. Moyses missus à Deo ad Pharaonem, excusans se aiebat: *Obsecro, Domine non sum eloquens ab heri &c.* Cui Dominus: *Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cæcum? nonne ego? Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris.*

Hierem.

Hierem. 1 *Dicebat a, a, a, quia puer ego sum &c.* audiuit. *Ecce dedi verba mea in ore tuo &c.*

Psal. *Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa.*

Psal. *Dilata os tuum & implebo illud.*

Psal. 44. *Lingua mea calamus scribæ vel scrib.*

Dum steteritis ante Reges &c. Nolite cogitare quomodo, &c. Non enim vos estis, qui loquimini. sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, ait Christus Apostolis.

Petr. *Spiritu S. Dei inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.*

1. Cor: 13. *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?*

1. Thess. *Cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non vt verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei.*

Organa tantum sumus, & chordæ lyræ, & tubæ, Deus mouet, pulsat, inflat &c.

Ouid. *Est Deus in nobis agitante calescimus illo.*

Sedibus æthereis Spiritus ille venit.

Vox Regis quam reuerenter audiretur. Vox vero Dei &c.

Non attendas dicentem, sed dictantem Deum.

D. Aug. *Ego quid sum nisi cophinus seminatoris? Ille in me ponere dignatus est, quæ vobis spargo. Nolite attendere ad vilitatem cophini, sed ad claritatem seminis, & potestatem seminatoris.*

Si illos dicit Deos, quibus Dominus loquutus est &c.

Deum loqui in concionatoribus, probatum signis.

1. Quod lapsis memoria sic succurritur diuinitus, vt vnus è mille non hæreat turpiter.

2. Quod sæpe cum putant se optime dicturos, tunc dicunt pessime, vt D. Francisco contigit coram Cardinalibus. *Vide D. Bonau. in eius vita.*

3. Cum vero diffidunt sibi, tunc optime ac disertissime.

4. Quod memoriæ mandata sæpe non dicunt, Deo obliuionem inducente; impræmeditata sæpe dicunt, quia magis necessaria, vt experientia me docuit crebro, & D. Augustino contigit.

Doctis-

III.

Doctißimis etiam necessarium verbum Dei.

Necessarium verbum Dei.
- 1. *Ignaris*, Vt doceantur.
- 2. *Doctis*, 4. de causis.
- 3. *Malis*, Vt conuertantur:
- 4. *Bonis*, Ne corrumpantur.

De ignaris patet.
De doctis maior quæstio.

Doctos oportet interesse concionibus, vt
- 1. *Discant* noua.
- 2. *Refricent* veterum rerum memoriam.
- 3. *Ardeant* cupiditate faciendi, quæ iampridem nôrunt.
- 4. *Stimulent* Oratorē suâ præsentia.

* j. Vt discant. Non vnius sunt omnia. Discit doctor vel à discipulo.

Christus sedit in medio Doctorum, etsi ipsa Sapientia.

Paulus venit & audiit Petrum, postquam annos multos iam Gentes docuerat.

Audiens sapiens sapientior erit.

Laert. lib. 7. c.1. Zeno licet iam profecerat, tamen modestiæ gratia, commeabat ad Polemonem, apud quem in dialecticis exercebatur.

Philostratus. Marcus Imperator rogatus Romæ à Lucio obuio quo iret, cuius rei gratia, dixit: Honestum est & seni discere, Eo ad Sextum Philosophum, vt discam quæ nondum scio.

Saluius Iulianus Iurisperitiss. aiebat: Etsi alterum pedem in sepulcro haberem, adhuc addiscere vellem.

Cic. lib. de Oratore, omnes Oratores sui temporis se audisse.

D. Hierony. ad Paulinum de omnib. diuina hist. libris. Plato, etiam postquam iam Athenis dudum docuisset, cum gloria peregrinatur, mendicandæ scientiæ gratia. *Malens inquit*

quit aliena verecũdè discere, quã sua ĩpudenter ingerere &c. Idem ibidem de magno Apollonio. *Inuenit ille vir vbique quod disceret, & semper proficiscens sẽper se melior fieret.*

M. N. Michael Baius Louaniensis doctor, aiebat, se nunquam sine fructu redisse ab cuiusquã vel imperitissimi concione.

*ii. Etsi doctus non sit rediturus doctior, adeat tamen & audiat, vel, vt refricet & iuuet memoriam. Labilis hominum memoria, auditione crebra confirmatur.

*iij. Vt voluntas inflammetur, aliter lectione mouetur, aliter & præstantius rei eiusdem auditione.

D. Hierony. ad Paulinum sup. *Habet nescio quid latentis energiæ viua vox, & in aures discipuli de autoris ore transfusa fortius sonat. Vnde & Æschines, cum Rhodi exularet, & legeretur illa Demosthenis oratio quam aduersus eum habuerat; mirantibus cũctis atq; laudantibus, suspirans ait: Quid si ipsum audissetis bestiam, sua verba resonantem?*

Quidam dicebat versus Virgilij ab alijs pronunciatos fœmineos, molles, ab ipso vero Masculos & viriles.

Medium Demostenem nos habere aiebat Cicero, quod vox & actio eius non esset in scriptis.

Imago aliter, aliter ipse homo verus monet.

Quanta fistulæ & tubæ, tanta lectionis & auditionis rei eiusdem, differentia.

iiii. Adsit doctus, vt oratorem stimulet ad studium, sicque popello doctus auditor oblique prosit. *Excitat auditor studium* ait ille.

Si Platonem aliquem suspicor aduenturum concioni, acrius studium ac diligentius meum erit &c. Si indocti tantum affluxerint, languebit.

Quod equis generosis tubæ, hoc Concionatoribus doctus auditor, & frequens.

NOTÆ CONCIONIS XXVII.

Sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicen-

Dicendum
1. *Quod doctis, probis, & improbis necessarium Verbum Dei.*
2. *An Verba hominum, Philosop. Poet. &c liceat miscere Verbo Dei.*
3. *De secunda tentatione Christi.*

AVE MARIA.

I.

¶ Doctis, probis improbis, necessarium verbum Dei.

Omnibus vtile & necessarium, verbum Dei:

*j. *Doctis*, si non vt infirment intellectum, memoriam refricent rerum veterum certe ad voluntatem incitandam, vt velint quod sciunt &c.

2. *Reg.* 12. Dauid Propheta erat, sciebat vetita adulteria, homicidia &c. tamen eius voluntas ad pœnitentiam non est mota, nisi audito sermone Nathã. Narra parabolã succincte.

*ij. *Probis*, si non vt corrigantur, quod in eis nihil curuum aut putridum, certe ne curuentur, aut putrescant.

Christus vocat Apostolos sal terræ.

Sal autem carnibus integris adhibendum, ante putrefactionem, ne contingat.

Ergo & homini iusto verbum Dei, antequã corrumpatur.

*iii. *Improbis*, notum est.

Verba Dei malleus conterens petras.

Valer. Max. lib. c. 9. Polemonem adolescentem perditissimum, vnica Xenocratis Philosophi lectione, ad quam venerat ebrius & incompositus homo, narrat conuersum in virum alterum.

II.

An verbo Dei, nullum verbum, sententia & historia Gentium nulla permiscenda.

Affirmatiue respondetur sic.

D. Aug

D. Aug lib 2. de doctrina Christiana c. 40. Dat simile de spoliatis Ægyptiis ab Israele. Iniquos possessores Æthnicos, nos Israelitę spoliam? auro suo &c Furē, nostris spoliare licet.

Clemens Alex. lib 1. Stromatum Vocat Græcorum Philosophos latrones & fures &c.

Licuit Israelitæ mulierem alienigenam vxorem ducere, post resecatos capillos eius, vngues &c.

Nos falsa, & turpia resecantes, ex libris gentilium, vera honesta producimus.

Vide D. Hierony. ep. ad Magnum Oratorem.

Templum Dei non reiectum, quod de lignis Hiram Gentilis erat fabricatum à Solomone.

Christus non reiecit Magorum adorationem, nec aurum & alia dona Gentium: Ergo nec sapientiæ secularis munuscula.

Præterea inutile in scholis discere, quo vti nunquā liceat.

Prou. *Frustra habet, qui non vtitur.*

Aqua sordida, si colatur, ac igne distillatur per plumbi canalem fit purissima: Aurum sordidum, in fornace perpurgatum; rutilat: ligna curua, ad regulam reformata, non reiiciuntur.

Aqua sordida, aurum sordidum, ligna curua, dicta Æthnicorum, sed quasi distillata per os ministri Dei: per fornacem igniti eloquii Dei repurgata, reformata ad regulam veritatis, cur non in vsum veniant.

Clemens Alex lib. 2. Stromat. *Aurum è terra non tollitur gleba, sed cocta percolatur: deinde cum munda fuerit, aurum vocatur, vt quasi terra mundata.*

Adde, quod habeant vim argumenti, à minori ad maius quæ à Gentibus sumpta sunt.

Item quod sic armis suis, Goliath & vitia iugulantur.

Et post obsonia, bellaria sunt.

Clemens Alex. lib. 1. Stromat. *Quæ est quidem ex fide veritas, tanquam panis, necessaria est ad viuendum. Quæ autem præcedit disciplina* (græca sc. Philosophia) *est obsonio similis & bellariis. Desinente cæna, suauis est placentula, vt ait Pindarus Thebanus.*

III.

Paucula secunda de tentatione.

Nunc

Nunc ad secundam tentationem venio à vobis rogatus, & breuitate temporis coactus, ne vltima relinquam intacta. *Tunc assumpsit eum Diabolus in S. ciuitatem &c.*

De ordine tentationum:

Lucas & Matthæus differunt in ordine. Nam Lucas secundo loco ponit eam, quæ est apud Matthæum tertia. Matthæi, tamen ordinem esse historicum, elucet ex his verbis (*tunc tunc*) vtrobiq;, quæ indicant rerum consequutionem, & quendam ordinem: Lucas non ponit has particulas, sed (*Et, et*) quibus ostendit se tantummodo velle omnia referre nihilque omittere, at ordinis non esse solicitam.

Deinde subdit Matthæus, postquam dixisset Christus, *Vade Satana &c. Tunc reliquit eum Diabolus*, insinuans eam vltimam tentationum fuisse.

Adde quod Faber dicit, antiquos codices nonnullos, in Luca eundem habere ordinem tentationum; vt ordinis mutatio, quæ est in Luca, videri possit contigisse vitio scriptorum, maxime cum in ea tentatione, quæ in Luca, secundo loco, ponitur, græci codices plerique habeant etiam: Vade post me Satana.

NOTÆ CONCIONIS XXVIII.

Tunc assumpsit eum Diabolus &c.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum:
1. *An Christus corporaliter fuerit in pinnaculo & monte.*
2. *Ductusne an deportatus.*
3. *An eum Diabolus deportare potuerit.*

AVE MARIA.

I.

Localiterne, an in Spiritu tantum fuerit Christus in pinnaculo & in monte tentatus.

Opinio prima.

Nonnulli per visionem, & Spiritu tantum sentiunt raptum fuisse Christum in Hierusalem, in montem, non autem reipsa.

Iansenius in Concordia.

Cyprianus ser. de ieiunio & tent. Christi. *A multis ambigitur vtrum hic fuerit translatio corporalis, & si de loco ad locum se Christus transferri permiserit, eo modo, quo Abacuc de Iudaa in Chaldaam delatus est* (Daniel 14.) *Philippus de Azoto in occursum Eunuchi, qui reuertens de Hierusalem, non intelligens Esaiam, codicem reuoluebat.* Act. 8.

Hierem. 13. Per visionem sic contigit absconsio lumbaris à Hieremia, & postea putrefacti inuentio.

Ezech. 14. Dormitio quoque Ezechielis super latus sinistrum, & postea super dextrum: eiusdem super fluuium Chobar metatio Hierusalem, & templi. Neque enim minus aperte in illis locis scribitur Hieremiam illic lumbare abscondisse &c. & aliud de Ezechiele, quam Dominum in pinnaculum assumptum, & in montem. Et tamen Hieronymo, & aliis non dubium, per visionem illa contigisse Prophetis.

Vt autem sic intelligatur, innuunt Euangelistæ, dicentes tentationes factas in deserto. Lucas vero post tentationes dicit regressum in virtute Spiritus, in Galilæam, videlicet è deserto.

Cyprianus loco citato. *Localiter quidem in deserto prima fuit tentatio, sed cateras eo modo circumduxit tentatoris astutia vel circumduci passa est patientia Saluatoris, quomodo Ezechiel, cum super fluuium Chobar sederet, Hierosolymam raptus in spiritu ciuitatem adificat & metitur, & muros & templum instaurat. Hoc modo super culmen templi Christus erat in spiritu sciens quid ante Spiritus affectaret, & hosti se de vana gloria pulsaturo, opportunitatem parabat.*

Opinio secunda.

Contra. Chrysostomus homil. 5 in 4. Matth. op. imperf. Sentit assumptionem factam localiter.

Orig. homil. 31. in 4 Luc. *Sequebatur plane quasi athleta ad tentationẽ sponte proficiscens. Duc quo vis, tẽta vt placet. Ad tentandum sponte me tribuo.*

Contra

Contra opinionem primam.

* *Ratio.* Quod inconueniens videtur, arbitrari, Sathanam in superiorem animæ Christi partem, potestatem habuisse, cum neque in animam Iob id potuerit. At vero raptus agit maxime in illam partem

* 2. Quia videretur impositum Christo per illusionem, cui quodammodo visum fuisset: esse vere, vbi vero non erat, quod est contrarium summæ sapientiæ.

* 3. *à fine tentationis.* Finis erat, vt se proiiceret deorsum realiter, vel vt se læderet secundum quosdam &c. At nec se proiicere, nec lædere poterat, nisi corporaliter ibi esset. Vel finis erat, vt visus Christus quasi volans præter naturam, fieret spectatoribus admirabilis, & ipse apud se vane inde superbiret. Videri autem à nemine poterat, nisi in corpore realiter ibi esset.

Solutio arg. primæ opinionis.

* 1. Prophetæ in illis locis dicuntur tantum fuisse, sed non ab alio assumpti, at hic Christus dicitur assumptus à Diabolo, & statutus in pinnaculo.

* 2. tentationes dicuntur factæ in deserto, quia, ibi multæ aliæ præter has tres, teste *Origene homil 29. in 4. Luc.* tum quia, etsi tantum istæ tres, prima tamen indubie facta fuit in deserto, & vltima credibiliter in monte deserti illius, vel in vicinia.

* 3. Quod Lucas ait regressum è deserto post tentationes respicit ad tentationem vltimam, quæ ibi consummata fuit, reducente aut reuehente eum illuc Satana, ex pinnaculo templi Hierusalem.

II.

Ductusne an portatus Christus à Diabolo.

Opinio prior.

Caietanus in 3. p. Thomæ ad q. 41. art. 4. fine. *Non intelligas*

telligas portatum super dorsum aut collum Diaboli, sed ductum à Diabolo.

Erasm. annot. in 4, Matth. παραλαμβάνει. j. *assumit, hoc est comitem abducit.*

Sequutus videtur suasum, & ductũ satanæ ad illum locum. Orig. hom. 31. sup. 4. Luc. *Sequebatur plane quasi Athleta, ad tentationem sponte proficiscens. Duc quo vis &c.*

Idem ibid. pro assumpsit, legit duxit.

Cyprianus ser. de ieiunio & tentat. Christi, ait sibi videri *inconueniens quod humeris eius Saluator insederit, quod corporaliter eum Diabolus tulerit, & pro vehiculo usus sit, quem præcipitatorem sciebat, vel ei ferendum se commiserit, cuius insidias sciebat.*

Chrisost. hom. 5. in Matth. 4. op. imp. insinuat ductum. *In sequente Domino non infirmitas. sed patiẽtia est in duc ente autem Diabolo, non virtus, sed superbia est, quia volentem Christum non intelligens. quasi inuitum ducebat.* Idem ho. 5. ex variis in Matth: 4. *Ascendit supra pinnaculum templi inimicus, vt prouocet, & sequitur Dominus vt triumphet.*

D. Greg. hom. 16. in Euang. hoc. *Quid mirum si se ab illo permisit in montem duci, qui se pertulit etiam à membris illius crucifigi?*

Responderi etiam potest argumento nascenti ex verbo *Aßumpsit*, quod scilicet non significet semper in altum tollere, & gestare, sed sæpe comitem assumere.

Matth. 17. Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem in montem Tabor &c. An tulisse credibile? & tamen assumpsit.

Luc. 18, *Assumpsit Iesus 12. Discipulos suos secreto, & ait illis: Ecce ascendimus &c.*

Item oraturus in horto, tres assumpsisse dicitur, an vero tulit?

Adde, quod etsi Euangelistæ dicerent (*tulit*) possent tamen dici non aliud significare, quam comitari fecit, vt alibi sæpe.

Gen. 11. *Tulit Thare Abram filium suum* (nota vxoratum iam tũ Abraham) *& Loth filium Aram filium filii sui, & Sarai nurum suam, vxorem Abram filii sui, & eduxit eos de*

Vr Chal-

Vt Chaldaorũ vt irent in terrã Chanaã. Quantam sarcinam!
Sed tulit, pro eduxit accipiendum.

Gen. 12. *Tulit Abrahã Sarai vxorem suam & Lot filium fratris sui, vniuersamque substantiam quam possederant, & animas, quas fecerant in Haran.*

Exod. 15. *Tulit Moyses Israel de mari rubro.*

Exod. 14. *Forsitan non erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine.*

Ruth, c. 4. *Tollens Booz decem viros de senioribus ciuitatis, dixit ad eos*: Quis Gygantum tam multos ferre possit?

Tulit ergo, pro eduxit &c.

Opinio secunda.

Altera opinio est, dicentium Christum portatum in brachiis vel in humeris, à Diabolo, vt forti baiulo.

R. P. Cornelius Mussus Episcop. Bitontinus ait inuisibiliter gestatum per aera Diabolum tamen desiderasse, ac credidisse, Christũ videri, vt sic facilius vana gloria inflaretur: sed Iesus *Christus, ait*: *Nesciente Diabolo inuisibiliter sic agebatur, vt à nemine videretur.* Nec mirabile corpus Christi tunc non visum. Nam, & cum in medio esset Iudæorum Nazareth, etiã visus non fuit. Luc. 4. *Iesus transiens per medium illorũ ibat.*

M. N. Francisc. Feu-ardentius in M. S. in hunc locum translatum ait, & asportatum.

Genebrardus vir doctissimus gestatum Christum à Diabolo, vocemque hebræam id significare asserit.

Et Rabanus videtur id sentire.

Rationes.

* j. Adde, quod vox (*statuit*) à Matthæo & Luca hic posita (*Statuit eum super pinnaculum templi*: vel vt Lucas, *super pinnam tẽpli*:) videtur pro hac opinione facere: Nam statuit vox est, quasi itinere & onere fatigati: *S*tatuit, reposuit. Nam si non gestarat, dicendum fuerat Euangelistis: *Et cum venissent ad pinnaculum templi &c.*

* ij. *Adde,* quod difficile fuisset Christo decem miliaria aut circiter conficere, præeunte Satana, post tantam inediam Nam desertum illud (vt dictum est) 12. miliarib. aut fere, distabat ab Hierusalem.

* iij *Præterea*, Christus sequens Dæmonem non gestatus, videretur quæsisse tentationem, & cooperatus fuisse: Non sic si gestaretur, in quo erat patientia & permissio Christi, non cooperatio, vt in ambulatione.

* iiij. *Rursus* magis conuenit iræ Diaboli, gestasse Christum, ex quadam impatientia, de recenti in se Christi victoria, vt etiam vel sic terreret arreptum;

* v. Vel vt commodius redderet insolentem, & superbum, volatu Dædaleo.

III.

An potuerit Christum gestare Diabolus.

* 1. Cæterum id fieri posse à Dæmone certum est, cui montes mouere, ciere tonitrua &c. permissum est. Si maiora potest, & minora.

* 2. Angeli boni eiusdem cum eo naturæ, id possunt.

Daniel. 14. Abacuc ex Iudæa transfertur in Babyloniam, per comam capitis.

Act. 8. Philippus de Azoto in occursum Eunuchi.

* 3. Sortilegi, & sortilegæ sæpe transferuntur procul à malis Angelis.

Antipophora.

Nec mirum Christum id pati. Sacerdos male purgatus, & Christianus immundus indigne communicantes, à Christo tolerantur.

Idem, è membris Diaboli, in passione varie agi, & circumagi se permisit.

D. Gregor. homil. 16. in Euang. hoc. *Quid ergo mirum si se ab illo permisit in montem duci, qui se pertulit etiam à membris illius crucifigi?*

Cæterum, liberum cuique relinquo sentire, vt volet.

Quo ductus aut gestatus.

Matth. 4. *in sanctam ciuitatem.* Luc. 4. quasi vice commentarii, ait, *Duxit illum in Hierusalem.*

Cur

Cur sancta Hierusalem.

Quæ alibi dicitur meretrix, ciuitas sanguinis.

Hierusalem Hierusalem quæ occidis &c. dicitur sancta.

* j. Propter res sanctas, quas continebat.

Ibi templum Dei, ibi sancta Sanctorum. Vrbs illa sola, dicata sacrificiis veri Dei, nusquam alibi sacrificare licebat.

Sanctum dicitur, quod diuino cultui consecratum. Vasa sancta.

Beda tom. 5. lib. 1. in 4. Matth. *Sancta ciuitas Hierusalem est, vbi vnius Dei cultus erat, & obseruatio legis Moysi.*

* ij. Per comparationem ad alias nequiores, in quibus idola colebātur.

Nam malum respectu maioris mali, dicitur bonum.

Melior est iniquitas viri, quam benefaciens mulier.

Thren. *Melius fuit interfectis gladio, quam interfectis Fame.* Vtrumque tamen malum,

* iij. Propter aliquos iustos ibi degentes, inter malos multos.

Sic Ecclesia dicitur sancta, propter Christum caput, & bonos in ea.

Cant. *Nigra sum* (propter malos) *sed formosa* (propter bonos.)

* iiii. Propter sanctos, qui olim ibi vixere.

Ibi Dauid, ibi Prophetæ.

* v. Propter Christi sanguinem ibi spargendum in passione. *Platea, & muri tui ex auro purissimo*, hac de causa.

NOTÆ CONCIONIS XXIX.

Et statuit eum super pinnaculum templi, &c.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum hodie:
1. *De tentationum importunitate, & loco, in quo Christus statutus.*
2. *Quod Diabolus simia Dei, sed noxia.*
3. *Quod Diabolus duobus vinculis ligatus est, ne noceat.*

AVE MARIA.

I.

¶ *Dæmon importunus: vbi Christum statuerit.*

Iob. 7. *Militia est vita hominis super terram.* Semper in armis,& in excubiis standum Christiano.

D. Bern. ser. 5. in Psal. Qui habitat. *Præmonitos vos esse volo neminem super terram absque tentatione victurum, vt cui forte tollitur aliqua, alteram securus aut pauidus magis expectet.*

D. Athanas. de B. Antonio. *Nec Antonio securitatem vincendi dedit vnus triumphus, nec Diaboli semel fractæ defecere vires.* Sc. post semel superatos Dæmones in pugna quadam acerrima.

Virg. 2. Æneid. *Victores victiq; cadunt, victiq; resurgunt.*

Alibi] *Sæpe etiam victis redit in præcordia virtus.*

Iob. 1. Vix finierat nuntius dicere Iobo, de bobus & asinis raptis, de cæsis seruis, cum secundus aduênit, nuntians oues & pueros igne consumptos. Quin etiam illo loquente, tertius affuit, nuntians raptos camelos à Caldæis, pueros concussos gladio: Inde quartus, si filios & filias in mensa oppressos nũtiaret. *Velut vnda superuenit vndam.*

Virg. 3. Æneid. *Alia ex aliis in fata vocamur.*

Genes. 39.] Ioseph primum exosus; inde iactatus à fratribus in cisternam veterem, tertio vẽditus Madianitis; quarto tentatus à Domina; quinto detrusus in carcerem.

Sic Hydræ Herculeæ, belluæ multorum capitum, capita duo renascebantur, cum vnum amputaretur.

Sic Geryon, Rex Hispaniæ trimembris seu tricorpor, apud Poetas, ter occidendus.

Et Dæmon victus resurgit: ter à Christo prosternendus.

En Christum ipsum semel iam victorem rursus inuadit. Non longæ induciæ, forte paucorum momentorum aut horarum. Hostis idem aut campus pugnæ alius, forma alia tentatoris, verisimiliter in Angelum lucis transfigurati, ad Christum gestandum, quo modo, Angelus tulit Abacuc, & Philippum.

Quo le-

Quo loco Christum hostis statuerit.

Campus certaminis secundi pinnaculum templi *Statuit eũ super pinnaculũ, seu pinnam templi* Græcis πτερύγιον pro pinnaculo, dimunitiuũ à πτέρον, vti pinnaculũ, diminutiuum à pinna, quod idem est quod acumẽ cuiuslibet rei, vnde pinnæ murorum.

Liuius lib. 40. *Muri pinnæ aliquot locis decussæ.*

Et pinnaculum, fastigium est & summitas acuta ædificii nostratibus (*pignon*)

Vel à ferri pinna, quæ summitati ædificiorum adhibetur. & est mobilis, & rotabilis, in morem alarum.

Vel quod murorum illa acuta culmina alarum aliquam speciem præbeant.

Theophyl. in 4. Matth. *Pars quædam templi erat, sicut apud nos dicuntur* δ[ίπ]τερυγα: *videntur enim sicut alæ esse.*

Opiniones de pinnaculo hoc:

*i. Pinnaculum ergo, erat sumã crista alicuius muri tẽpli.

Orig. homil. 31. in 4. Luc. *Addit eum in culmen, ad summitatem templi.*

Beda tom. 5. lib 1, in 4 Matth. *Pinnaculum summitas est templi, quod in superioribus æquale erat sicut mos est in Ægypto & Palestina domus ædificare.*

Cyprian⁹ ser. de ieiunio & tent. Christi *vocat culmẽ* tẽpli.

*ii. Forte etiam positus Christus, iuxta alam, aut laminã illam versatilem. quæ sumis ædificiis collocatur, tanquam auicula quædam ramo insidens.

Ioseph. lib. 6. belli Iud. c. 6. *Templo in summo aureis verubus horrebat acutissimis, ne ab insidentibus auibus pollueretur.*

*iii. *Anselinus, Rabanus, Nic. Lyranus, & alii quidam* Pinnaculum dicunt fuisse tectum templi, siue quoddã deambulatorium, vel (vt sic barbare dicam) apodiamentum, factum ne ambulantes per tecti extremitatem, improuidi caderent. Coronã tectorũ aliqui vocant, præcipitiũ prohibentẽ; Loricam Vitruuius.

 *iiii. *Remi-*

*iiij. *Remigio* significat sedem doctorum, vel suggestum in suprema parte muri, inter atrium primum & secundum, situm, ex quo sacerdotes legẽ & Propheras interpretabantur populo, consistenti in secundo atrio.

De templo Hierosolymitano scitu digna.

Notandum ergo secundum Iosephum lib. 6. belli Iudaici c. 6. & alios, templum dici dupliciter.

* 1. Pro domo facta in vertice Moria, qui mons est vltimus ex tribus montibus, qui paulatim semper declinando à se inuicem dependent, & sunt intra muros vrbis Hierusalem.

* 2. Pro atriis, id est plateis quæ erant circa domum illam. Nam cum ille mons esset ex aliqua parte præruptus, triplici muro erat circumdatus, quasi corona quædam papalis, positis à muro in murum congruis, interuallis & planiciebus In primo atrio seu platea remotissima à templo, poterant esse Gentiles: In secunda vero quæ trecentorum cubitorum erat Iosepho, vsque ad murum, ılle bipartitus, viris, & religionis causa, mulieribus indigenis & hospitibus: In tertia vero, quam cingebat ex pulcerrimo saxo lorica gratissima, vsque ad cubitum surgens, soli Sacerdotes & Leuitæ, qui in ea sacrificabant, & psallebant, & conuersi ad pop. stantem in secunda platea, conciones habebant.

Si fuit positus Christus super pinnaculum templi dicti primo modo, centum cubitis in altum elatus fuit, super ipsum fastigium & summitatem templi Salomonis.

Si secundo modo, super aliquem murorum existentium inter sacerdotes & populum positus fuit.

Quod autem dicunt quidam super suggestum & sedem doctorum positum fuisse, non est verisimile.

*1. Quod locus ılle, non admodum altus aut periculosus esse poterat.

Nam etsi soleat eminere, vt conuenientius videatur & audiatur Doctor, non tamen expedit auditori, Doctorem alto nimis loco constitui, cum vox natura vergat in altum.

Certe Iosephus lib. 6. c. 6. Iud. describit loricam illam surgentem vsque ad cubitum,

At Diabolus, locum eminentissimum, & periculosissimũ quæsiuit pro uirili: & ad grauiorem Christi casum, si se demittens

mittens à Deo desereretur. & ad maiorem in eo fastum exitandum, si illæsus, post præcipitium, remaneret.

II

¶ *Diabolus simia Dei, at noxia.*

Altissimus Deus, homines attollit nonnunquam

Psal. *Suscitans à terra innopem, & de stercore erigens pauperē, vt collocet eum cū Principibus: Vt solium gloriæ teneat.*

Sic Saulem, Dauidem ex nihilo magnates fecit.

Diabolus ascendere vult ad ascensum hortatur, & iuuat.

Isai.14. *Ascendam &c. super astra Dei exaltabo, solium meum.*

Psal. *Vidi impium &c. & eleuatum sicut cedros Libani.*

*Genes.*11. Eius hortatu erecta turris Babel, cuius culmen pertingere debuit ad cælum.

Sed aliter Deus, aliter Diabolus.

*j. Deus paulatim, Diabolus in instanti.

*ij. Deus per scalas, & gradus meritorum. Sic Ioseph per patientiam de fratrum iniuriis, per castitatem & pudicitiam, per captiuitatem innocenter & patienter toleratam &c.

Saul primo gratiosus apud Deum & homines.

Dauid homo secundum cor Dei.

Virgo Maria euecta ad tantam maternitatem, animi modestiâ imprimis.

Luc. *Respexit humilitatem ancillæ suæ.*

Diabolus sine scalis meritorum, per fas ac nefas euehit, extollit, *& statuit super pinnaculum templi.*

iii. Deus in bonum, ille in malum.

Claudianus lib. 1. in Ruffin. versus initium — *tollūtur in altum.*

Vt casu grauiore ruant.

Psal. *Vidi impium eleuatum sicut cedros Libani, & transiui & ecce non erat.*

Iob. 30.

Iob. 30. *Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me valde.*

Psal. *Eleuans alisisti me.*

Eccli. *8. Interdum dominatur homo homini in malum suũ.*

Hestor. Aman secundus à Rege, suspendio perit.

Egesipp. lib 3. destruct. Hieros. c. 2. Simon Magus volat, & corruit.

Ouid. lib. 8. Metam. Volatu elatus Icarus ruit in mare.

Idem lib. 2. Metam. Phaeton rector currus Solaris factus, orbemque totum incendii periculo obiiciens regendi imperitia, præceps in Eridanum vibrato fulmine cælitus, proiectus est.

Diabolus corniculæ & Aquilæ instar.

Plinius lib. 10 *c.* 10. Cornicula, cum vi sua frangere nucem non potest, in altum effert, & lapidibus tegulisque iactu violento allisam comminuit.

Idem lib. 5. c. 3. Aquila quoque testudinem attollens, allidit lapidi, & frangit.

Plin lib. 10 c. 3. Ælian lib. 7. animal. c. 7. *Aristoph. in Ranis & Valer. Max. lib 9. c. 12.* Narrant Æschilum Poetam, cum in aprico loco esset capite detecto & caluo, testudinis illisione occisum, dum credit Aquila candore decepta, caput eius esse lapidem.

Multis profuisset non *statui super pinnaculum templi,* vel super solium regni, malis artibus.

Gaufredus Monachus Clareuallensis. Prior, electus Episcopus Tornacensis refugit, etiam Eugenio Papa, & D. Bernardo Abbate eius cogentibus, prostratusque ad Abbatis & Electorum pedes, crucis in modum, heroicam vocem edidit: *Monachus fugitiuus,* inquit, *esse potero, Episcopus vero nunquam ero.* Is ergo mortuus, monachorum vni sibi charissimo oranti apparens, dixit: Mihi bene est: sed reuelante mihi S. Trinitate didici: *Si de numero Episcoporum fuissem, de numero damnatorum essem. &c.*

Mitte te deorsum.

Diabo-

III.

¶ Diabolus Vinculis duobus ligatus ne noceat.

Dignum nota, quod Diabolus hortatorem agat, non violentum coactorem.

Mitte te deorsum, ait, non mitto te, non impello, at ne tango quidem.

Diabolus vult homini mala { 1. *Pœna ut sunt læsiones, incendia, submersiones &c.* 2. *Culpa, ut sunt homicidia, adulteria &c.*

At frænis duobus constringitur, ut equus indomitus ligaculis duobus, { *Potentia Dei.* *Libero hominis arbitrio.*

Ne possit malum pœnæ, quantum vult ligat potentia Dei.

In Iob nihil potest, nisi accepta licentia, laxatoque fræno.

Matth. 8. Sed nec in porcos quidem.

M. Marulus lib. 5. exempl. c, 7. Macarius Abbas nocte in Gentilium sepulcro decubans, Diabolo in ossibus inclamāti alteri, venire se nunc non posse, quod sedentis pondere grauaretur, ludificatus Christiana audacia dixit: *Exi atque abi, si potes, ego hic pernoctabo.*

D. Antonius apud Athanas. *Si potestis deuorate, si non potestis, cur frustra nitimini?*

Ne pilū capitis possunt homini euellere, sine Dei licentia.

Ne vero possint ad malum culpæ trahere, impedit liberi arbitrii, quo pollemus, excellentia. Tantum potest, quantum volo.

Debilis est hostis, qui non vincit nisi volentem. Campus late patens:

NOTÆ CONCIONIS XXX.

Tem. Si Filius Dei es, mitte te deorsum: Scriptum est enim: Angelis suis &c.

Factâ repetitione, sic propositum.

Dicen-

Dicendum
1. *De astu Diaboli, & de quo hic tentarit Christum*
2. *De eius absurditate & dolis in tentando Christo.*
3. *De vsu verborum eius.*

AVE MARIA.

I.

Astus Diaboli varius.

M. Marulus lib. 5. exempl. c. 7. de modo resistendi Diabolo: Narrat. Diabolum quondam apparuisse Macario, speciem medici præferentem, ac variis ampullis vitreis circumcinctū, vt singulis singulas offerret potiones, nolentique hanc, alteram propinaret.

q. d. *Huc non successit, alia aggrediemur via* Astute.

Auersatus fuerat Christus ampullam gullæ in prima tentatione, en iam propinat alteram, si forte gustet, & bibat.

Medicus est, i. instar medici se habet.

Medicus antequam ordinet suum *Recipe* (vt vocant) tangit pulsum venæ, frontem ægri, manus &c. vt infirmi dispositioni conuenienter decernat quid dandum, quid prius, quid posterius &c.

Assolet quoque Diabolus periclitari, expiscari, rimari, quo quisque modo affectus sit, quo propendeat, vt conuenientia affectibus offerat. & magis inclinet proclinatos.

Sitibundo offerendi fontes: famelico panes: libidinoso pulcritudines corporum &c.

Christum ergo esurientem tentauit esca. Callide. Victus tamen hostis, victor Christus. At redintegratum paulo post prælium.

Rursus ergo intuitus, quo homines communiter propendeant.

Etsi suus cuique animi morbus:

Certe fere omnis homo animal gloria.

Gen. 3. *Eritis sicut Dii.*

Gloriæ auidi
- *Pulcri*
- *Docti*
- *Diuites*
- *Sancti*

Victores

Victores
Quicunq; pollent aliquo singulari dono.
Diogenes, Oratores, turbæ ministros vocat. *Laert. lib. 6 Vit.*

* *Pulcri,*

Ouid. lib. 1. *Fastus inest pulcris sequiturq; superbia formã.*

Vel puelluli triduani arrident à pulchritudine, à bene actis commendati, flent si vituperium sones aut signes. Inde patet naturæ morbus.

Docti.

Pers. satyr. 1. *Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. At pulcrum digito monstrari, & dicier hic est.*

Scientia inflat.

Bernard. ser. 36. in cant. *Sunt qui scire volunt, vt sciant. sunt qui scire volunt, vt sciantur &c.*

Cic. 5. Tuscul. *Demosthenes illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ, insusurrantisq; alteri. Hic est ille Demosthenes.*

Cic. pro Archia Poeta. ait ipsos illos Philosophos, qui de contemnenda gloria scripsere, nomina sua libris suis inscripsisse, gloriæ captandæ causa.

Philosophus fere animal gloriæ, secundum nonnullos.

* *Diuites,*

Vermis diuitiarum superbia. D. August. ser. 29. in illud 1. Timoth. 6. Diuitibus huius sæculi præcipe.

Sallust. in Iugurt. *Superbia commune nobilitatis malũ est.*

* *Sancti.*

Claud. de 4. Honorii Consolatu. *Inquinat egregios adiuncta superbia mores.*

Cyprian. ser. de tentat. Christi. *Sicut rarus est aut nullus, qui mala de se dici æquanimiter ferat: ita rarus est, qui non bene de se velit sentiri, & se si recte viuit, stantem in vita rectitudine non diligat æstimari.*

D. Chrysost. homil. 43. ad Antioch. *Pecunias quidem contemnere volenti satis est facile, honorem autem à multis collatum aspicere, multi laboris indiget, magnæ sapientiæ, angelicæ cuiusdam animæ, ipsum cælestis testudinis verticem tangentis,*

D. Hiero-

D. Hierony.tom.1. ad Eustoch. de custodia virginitat. *Adulatoribus nostris libenter fauemus, & quanquam nos respondeamus indignos, & calidus rubor ora perfundat, attamen ad laudem suam intrinsecus anima latatur*

Idem in vita S. Hilarionis. *Mirentur alii signa, quæ fecit, mirentur incredibilem abstinentiam, scientiam, humilitatē: Ego nihil ita stupeo, quam gloriam tuam & honorem calcare potuisse.*

Idem de D. Francisco dici possit, qui hominum contemptu gaudebat, fratres ad vomendas in se contumelias, vrgebat; chorda ligatus prodibat, quasi caramidiari dignus, ob gustatos cibos delicatiores curandæ valetudinis gratia, admirabilis magis quam imitabilis.

* *Victores.*

Cic. pro Archia. Thestimoclem illum summum Athenis virum dixisse aiunt, cum ex eo quæreretur, quod acroama, aut cuius vocem libentissime audiret: eius, à quo sua virtus optime prædicaretur. Itaque ille Marius item eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea quæ gesserat, posse celebrari.

Cic. orat. pro M. Marcello. *Victoria natura insolens & superba*, ab effectu. Ideoque.

(*Ex D. Hierony. in epist.*) Cum in triumphis, Imperatoribus omnia applauderent, aderat retro præco ingeminans; *hominem te esse memento*, bis ac pluries.

Ælianus lib.8. de Varia hist. c.15. Philippus Macedo, ne fusis in Cheronea Atheniensib. superbiret sibi à puero quotidie mane refricari iussit, quod esset homo. Id officii puero delegauit, neque ipse prodibat antea, vt fertur, neque quisquam ad eum introibat, quam singulis diebus id ei ter proclamasset puer: *Philippe Homo es.*

Itaque astutus Diabolus, videns Christum & hominem, & primæ tentationis iam victorem, putauit opportunum solicitare ad vanam gloriam: *Homo est* (opinatur Dæmon) *humani ab eo nihil alienum erit.*

De vana gloria tentatus hic Christus.

Sic Origen. homil. 31. in 4. Luc. *Quod cum ille fraudulenter*

lenter proponeret, & sub ostentatione gloria niteretur, dicebat Saluator, Scriptum est, non tentabis &c.

D. Hierony. tom. 6. lib. 1. in 4. Matth. in illud. Statuit eum &c. *Vt quem fame tentauerat, tentaret eum & vana gloria.*

Cyprian. de tentat. Christi, *Putat malignus, quem gula non vicerat, vana gloria superari.*

D Chrysost. hom. 5. in Matth. 4. op. imp. ad illud. Non tentabis.

Theophylact. in Luc. 4.

Beda tom 5. lib. 1. in 4. Luc.

D. Gregor. homil. 16 in Euang.

D. Bernard. ser. 6. in Psal Qui habitat.

Posuit autem eum loco excelso, vbi multos haberet spectatores, & dicens: *Mitte te deorsum,* vt quasi nouus funambulus, in excelso pendulus appareret. *Ex Cypriano ibidem.*

Cur nunc etiam de vana gloria.

*j. *Ratio ab astutia Dæmonis,* quod sc. opinaretur materiam quasi depositam, ad facile recipiendam formam vanæ gloriæ; Christus enim iam iam victor, at non multorum instar, idcirco ferocior.

*ij. *Ratio ab ordinatiss. Christi prudentia:* Vt quo ordine & in quo Dæmon vicerat Adamum, in eo & eodem à Christo ordine vinceretur. Vicerat autem etiam vana gloria, dicens: *Eritis sicut dii. Gen. 3.*

II.

¶ *Diabolus hic tentator absurdus.*

*j. Stultum, solicitare sapientem ad id mali, in quod ne stultus quidem, nisi furiosus, labi velit. Stulto dixeris: ex culmine huius arcis proiice te in terram, dicet periculum est ne occidat, &c.

Et tentator amens putat Sapientiam Dei audituram quod ait? *Mitte te, &c.*

Sus Mineruam. Prou.

Quæ nimis apparent retia, vitat auis. ait ille.

O Stultus

Stultus Icarus, temerarius Dædalus ceratis alis euolãtes.

*ij. Potius filius Dei cognoscendus fuit securo volatu in altum quàm præcipitio innoxio.

Chrysost. homil 13. in 4. Matth.

Sic enim ferretur quasi in centrum suum.

Ioan. 8. *Ego desursum sum, vos deorsum estis.*

Prou. 25. *Cælum sursum, & terra deorsum.*

Absurdus in modo probandi.

Mitte te &c. Scriptum est enim, Angelis, &c.

*j. Si Filius Dei est, non indiget Angelorum ministerio. De eo dictum.

Psal. *Qui ambulas super pennas ventorum,*

Portans omnia verbo virtutis suæ, pugillo orbem tenet.

Non gestat creatura creatorem: Creator sustinet creaturam, vt sit, vt bene sit. Quod Angeli stant, ab eo stant: quod aliqui ceciderunt, factum, quod ipsi non adhæserunt.

Chrysost, homil. 5. in 4. Matth. op. imp. *Si portatur Filius Dei manibus Angelorum, non ideo portatur, vt non offendat ad lapidem pedem suum, quasi infirmus, sed propter honorem potestatis quasi Dominus.*

*ij. Si custodia promissa in viis (*Vt custodiant te in omnibus viis tuis &c*) non est promissa in præcipitiis voluntariis.

iii. Nec custodia promissa vbique, congrue suadet præcipitium.

An se vulneret, & lancinet, cui dicitur esse in ciuitate chirurgus optimus, ipso Apolline aut Æsculapio peritior?

Veneficiis morborumque periculis se exponat, cui etiam Moly herba in horto sit? *De hac Plinius lib. 25. c. 24.*

Aut ille mox peccet, cui parata indulgentia?

Fauorne, priuilegiũ & tutela, erunt nequitiæ seminaria? Bonum causa mali? amor causa odii?

Credibile ergo est attonitum sic fuisse Dæmonem primo Christi responso, quasi lapide funda proiecto, vt vertiginosus vix sciret quid diceret, tam oblique argumentans ac perperam.

Dolosus tamen & hîc vt vbique.

*j. Nam & scripturam protulit, ex Psalmo speciosissimo & con-

& consolationis plenissimo. *Sententias loquitur carnifex.*

Transfigurat se in Angelum lucis.

Matth. 7. *Venit in vestimentis ouium.*

Virg. 2. Æneid. *Mutemus clypeos Danaumq; insignia nobis Aptemus: Dolus an virtus, quis in hoste requirat?* Secum ait.

Lucan. 1. Pharſ.--- *Pares aquilas, & pila minantia pilis* affert: vtitur paribus armis, & cæſtibus, quibus Chriſtus vſus.

Cameleon (vt Poeta loquitur) aſſimilat colores, quoſcunque tetigit: & verſipellis innumeris moribus aptus, eructat ſcripturas ſanctas apud amicum ſcripturarum, doloſa condeſcenſione.

*ij. *Mutilatam*: Nam tacuit. (*vt custodiant te in omnibus viis tuis:*) ne contra præcipitia volūtaria, hæc pars militaret. Tacuit quoque (*Super aspidem & basiliscum &c.*) quia contra ſe dictum ſciebat.

Orig. homil 31. in 4. Luc.

Chryſoſt. homil. 5. in 4. Matth. op. imp. id notant.

*iii *Falſificatam*: Nam, quod de puris hominibus iuſtis dictum fuit, detorſit ad Chriſtum; cum ei totus pſalmus non queat accommodari.

Irenæus lib. 5. in hæreſ.

Chryſoſt. homil 3 in 4. Matth.

Orig. homil. 31. in 4. Luc.

Chryſoſt. homil. 5 in Matth. op. imp. *Illud quod Diabolus refert quia in perſona Christi dicitur, verum eſt. &c. ſed non de Christo dictum eſt tantum, ſed de omni homine iuſto, quorum perſonam Chriſtus ſuſcepit.*

*iiii. *Auctā de ſuo.* Nam, *Mitte te deorſum* ex eius pharetra.

Chryſoſt. homil. 5. ex variis in Matth. *Scriptum quidem erat Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, ſed quod de ſuo addidit Mitte te deorſum, ſcriptum non erat. In quo cognoſcimus antiquam eius & vſitatam verſutiam ſemper, & fallere poſſit, malis ſuis bona miſcere & venena ſua, mellis dulcedine temperare. Sic enim vt Adā iādudum deciperet, quaſi Dei verba præmiſit:*

Gen. 3. *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis &c.?* addit de ſuo (*vt non comederetis ex omni.*) Nam dixerat Dominus: Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno autem &c.

Argento viuo opertum as
Aurum subaratum.
Toxicum melle temperatum } offerebat sycophanta
Hamum inescatum.
Vitrum pro margarito.

Moralis nota.

D. Ambros. lib. 4. in 4. Luc. *Disce hic quoque quia Satanas transfigurat se in Angelum lucis, & de scripturis ipsis sæpe diuinis, laqueum fidelibus parat. Ergo non te capiat Hæreticus, quia potest de scripturis aliqua exempla proferre. Vtitur & Diabolus testimoniis scripturarum, non vt doceat, sed vt circumscribat & fallat.*

Orig. homil. 13 in Luc. 4. *Legisti scripturas o Diabole, non vt ipse ex lectione sanctorum melior fieres, sed vt simplicitate, eos, qui amici sunt literæ, interficias.*

D. Greg. Nazian. orat. in S. Bapt. *Diabolus est scripturarum latro.*

Damasc. lib. 3. orthod. fidei c. 7 *Diabolus citat scripturas non in veritate, sed ad homines decipiendos.*

Hæretici similes Diabolo.

Orig. hom. 31. in 4. Luc. Docet omnes hæreticos scripturas adducere.

Tertul. lib. de præscript. hæret. *De scripturis agunt hæretici, de scripturis suadent: aliunde scilicet suadere possent de rebus fidei, nisi ex literis fidei?*

Idem lib. de pudicitia: *Hi semper ancipiti occasione vnius capituli armantur aduersus exercitium sententiarum.*

Verbum Dei Natat in ore, in calamo hæreticorum.

Irenæus lib. 5. in Hæres. *Mendacium abscondit Diabolus per scripturam, quod faciunt omnes hæretici.*

Vincent. Lyrinen. lib. de Catholicæ fidei vniuersitate &c. *Vtuntur plane hæretici scriptura diuina sentētiis, & vehemēter quidem. Siue e. apud suos, siue alienos, siue priuatim, siue publicé, siue in sermonibus siue in libris siue in conuiuiis, siue in plateis, nihil vnquam pene de suo proferunt, quod non etiam scripturæ verbis adumbrare conentur. Lege Pauli Samosateni*

opuscula, Priscilliani, Eunomii, Iouiniani reliquarumq; pestium cernas infinitam exemplorum congeriem, prope nullam omitti paginam, quæ noui aut vet. testam. sententiis fucata sit. Sed tanto magis cauendi & pertimescendi sunt, quanto occultius sub diuinæ legis vmbraculis latitant. Sciunt e. fatores suos nulli ferè cito esse placituros si nudi & simplices exhalentur, atq; idcirco eos cælestis eloquii, velut quodam aromate aspergunt, vt illo qui humanum facile despiceret errorem, diuina non facile contemnat oracula. Itaq; faciunt, quod ii solent, qui paruulis austera quædam temperaturi pocula, prius ora mello circumlinunt, vt incauta ætas, cum dulcedinem præsenserit, amaritudinem non reformidet.

Arriani 40. loca scripturæ pro se torquebant, contra consubstantialitatem: ipse Arrius cum discipulis, nihil, præter scripturas, crepabat Euangelium Euangelium,

Nouatus pro se citabat illud Hebr 6. *Impoßibile est eos, qui semel sunt illuminati &c.* contra pænitentiam lapsorum.

Surius epist. ad D. Godefridum Gropperum I. Doctorem.
Luther. ausus est appellare sacra biblia librum hæreticorum.

Irenæus præfat. in lib. 1. comparat hæreticos abutentes scripturis, impostoribus vendentibus vitrum pro margaritis

Idem lib. 1. *aduersus Valentinum*; dicit confringere Regis imaginem, & ex eadem materia facere &c.

Tertull. lib contra Valentianum comparat meretricibus exoletis, rugosis, fætidis &c. quæ fuco & odoribus, sua vitia occultant

Item veneficis, quæ toxica sua melle tegunt.

Nasum Aristotelis volunt esse scripturam sanctam, nasum inquam cereum, in omnem sensum flexibilem pro libito: Aut certe (vt in prouerbio est.)

Lesbiam regulam. Volunt præpostere vt assolent, non ad rationem factum, sed ad factum accomodare rationem.

Vide Tertul. aduersus hæret. de præscript.
Cyprianum de simplic. Prælat.
Ambros. in c. 3. ad Titum.
Hilarium in lib. ad Constantium.
Athanas. orat. 2. contra Arrianos.
Chrysost. tom. 3. serm. aduers. Hæret.

Aug. lib 1. *conti. Maximinum &c.*

Vtuntur hæret. scripturis { *1. Speciosis,* *2. Mutilis,* *3. falsificatis,* *4 Auctis de suo* } instar Diaboli

Rom. 7. *Nihil damnationis, iis, qui sunt in Christo Iesu* (omisso: *iis qui non secundum carnem ambulant.*)

Iustus ex fide viuit, contra bona opera.

Gen. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona.*

1. Timoth. 4. *Omnis creatura Dei bona est:*

Matth. 15. *Quod intrat in os &c.*

Act. *Quod Deus creauit tu communene dixeris.*

1. Timoth 4. Doctrina Dæmoniorum prohibere à cibis.

Hæc & similia, contra delectum ciborum, proferunt,

* Ezech. 20. *In præceptis patrum vestrorum nolite incedere nec iudicia eorum custodiatis*, contra traditiones.

Matth. 15. *Sine causa me colunt, docentes doctrinas, & mandata hominum.*

Quare trāsgredimini mādata Dei propter traditiones vestras

Marci vlt. *Qui crediderit & baptizatus fuerit &c.*

Matth. 28 *Euntes docete baptizantes &c.* Afferunt Anabaptistæ, retardantes baptizare paruulos, quod non habeant fidem ex auditu.

Hebr. 9. *Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata.*

Heb. 10. *Vna oblatione cōsūmauit in sempiternū sāctificatos.*

Rom. 6. *Christus iam non moritur &c.* contra sacrificium Missæ incruentum.

Nicolaus Gallus Ratisponensis concionator organum Diaboli edidit libellum impium, de Christiano, Corporis Christi festo.

Scriptum est *Accipite & comedite, hoc est corpus meum, hoc facite in meam commem.* Matth. 26.

Marc. 14. Luc. 22. *Bibite ex eo omnes*, contra solennes corporis Christi generationes.

1. Timoth. 2. *Vnus est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus* (omisso. *Qui dedit semetipsum in redemptionem pro omnibus*) afferunt, contra Sanctorum inuocationē.

Exod.

Exod. *Non facies tibi sculptile* (truncato, *vt adores illud*) contra cultum imaginum.

Muliercula hæretica eructat scripturas.

2. Cor. 4 *Adulterant verbum Dei.*

Psal. *Nox nocti indicat scientiam.*

Isaias, *Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua.* Hierony. de corrupta scriptura.

Vincent. Lyrinensis in hæres. nouat. *Sicut tunc caput capiti, ita nunc quoque membra membris loquuntur, membra scilicet Diaboli, membris Christi perfidi fidelibus sacrilegi religiosis, hæretici postremo Catholicis.*

scripturam tantū nihil est producere, sed sensum verum,

Hilar. lib. de Trinit. *Non de Euangelio, neque de scriptura, sed de intelligentia & interpretatione sit inter nos controuersia & disputatio.*

Idem *De intelligentia hæresis & non de scriptura.*

Tertul. aduers. hæres. c. 16. *Tantum veritati obstrepit adulter sensus, quantum & corruptor stylus.*

D. Hierony. aduers. Luciferianos. *Scripturæ non in legendo, sed in intelligendo consistunt.*

Orig homil. 31 in 4. Luc. Monete, cum proferentur scripturæ, considerandam proferentis sententiam, & voluntatem.

Moneta tamdiu valet, quamdiu non mutilata aut circumcisa, quamdiu non sublata imago regia.

Angeli imaginem, si mihi verteris in Dæmonis imaginem non amplius honorabo.

Herodot. lib. 2. hist. Narrat plebeium quendam nomine Amasim Regem factum Ægypti id temporis, quo septem sapientes florebant in Græcia, contemptui à suis habitum, quod ignobilis esset genere. Is ergo re cognita, iussit statuam erigi idolo, quod tota Ægyptus adorabat, ex metallo peluis seu cacabi, in quo ipse cum domesticis, pedes lauare assoleret. Cumque conuocatus pop. statuam adoraret, ex qua materia fusum aut ductum esset idolum indicauit, & addidit: Si statuam adoratis, quod idoli statua sit, susque deque habentes ex qua sit materia, mihi quoque, licet stirpe ignobili, honos à vobis impendendus, quod Regis imaginem ac personam

 sustineo

ſuſtineo. Itaque ab omnibus etiam Magnatibus deinceps illi habitus honos. Quod ſi à ſtatuario eadē illa imago conuerſa fuiſſet rurſus in peluim, eodem honore (vt opinor) nemo dignam credidiſſet. Nec ergo ſcriptura, quæ à ſenſu & mente ſancti Spiritus deflexit, honoranda aut reuerenda.

De hoc Amâſi Plutarch. multa in ſympoſio ſeptem Sap. & Diogenes in vita Periandri.

Regis huius tumulus vna Pyramidum.

Si filius Dei es, Mitte te deorſum.

III.

❡ *In quos his verbis vtendum.*

*i. In Hæreticos altiora ſe quærentes, in pinnaculo conſtitutos.

Quærentes anxiè:
- *Vnde Deus?*
- *Quid Deus?* Simonidis ad Hieronem vox melior &c.
- *Quid faciebat ante mundi creationem?*
- *Cur prædeſtinat? quid prædeſtinatio? Cur Iacob dilexit, Eſau odio habuit?* Cur Saul cadit, Saulus erigitur &c.

Pſal. *Poſuerunt in cælum os ſuum &c.*

Pſal. *Dixerunt linguam noſtram magnificabimus.*

Dicendum: *Si Filius Dei es* (aut eſſe vis) *Mitte te deorſum.* id eſt: *Altiora te ne quæſieris, ſed quæ præcepit tibi Deus, hæc cogita ſemper.*

Nolite altum ſapere.

Sapere ad ſobrietatem:

Symb. Pyth. *Quæ ſupra nos, nihil ad nos.*

Luc. 19. *Zachæe feſtinans deſcende.* Demitte vela.

Senec. ep. 7. *Redige te ad parua, ex quibus cadere non poſſis.*

Solis ſplendor nimius obtundit aciem oculorum.

Ad Manifeſta natura caligant oculi.

Ariſtoteles periit in Euripo, Euripi refluos curſus fruſtra conatus comprehendere.

Mela lib. 2. Coſmog. c. 4. *Euripus fretum eſt inter Aulidem*

dem Bœotiæ portum & Euboaam Insulā, quod vnius diei spatio septies & noctis spatio septies recurrit, eo impetu, vt nauigia repugnantibus ventis, plena secum rapiat.

* ij. Inculcandum Scholasticæ disciplinæ hominibus, nimium subtilia & vana agitantibus, item concionatoribus, qui in pinnaculo templi. i. in suggestu, supra captum populi attolluntur. *Mitte, mitte te deorsum.*

* iii. Et superbis, qui nihil, aliud quam alta, spirant & sperant.

Aut nihil, aut Cæsar.

Gen. 11. *Celebremus nomen nostrum.*

Mitte te deorsum ô homo.

Viden vnde natus? è terra.

Et vide vnde viuas, é terra scilicet.

Et vide quo redeas: in terram matrem communem omnium.

Quid superbis terra & cinis:

Ouid. *Laudatas extollit auis Iunonia pennas.*

Prou. *Laudato pauone superbior.*

A. Gell. lib. 7. noct. c. 16. *Laudatus pauo expandit colores aduerso maxime sole gloriosum animal.*

Illi *Rota in medio rota:* rota in qualibet pluma, colore quasi Iridis, in medio rotæ. j. magnæ caudæ dilatatæ & expansæ.

Sed dicitur mox fastum rotamque contrahere, si pedes quos vilissimos habet intuetur.

Habes & tu rotam in medio rotæ? arma in armis (vt vocant) stemmata in stemmatis &c.? *Mitte te deorsum*, vide quod in cinerem reuerteris tandem.

Olim Imperatori Constantinopolitano, quo die coronabatur, offerebantur de more lapides morales pro sepultura, quærebaturque ab eo, quonam ex genere lapidū mauellet sibi sepulchrum cædi, ad fastum retundendum. q. d. *Mitte te deorsum.*

In coronatione Rom. Pontificis, stupparum fasciculus longa pertica gestatus comburebatur olim, clamante præcone: *sic transit gloria Mundi, sancte Pater &c. d. 4. Mitte te deorsum.*

Hierem. 18. *Descende in domum figuli, vt ibi loquar ad te.*

* iiii. Et peccatoribus duris.

Durum est tibi humiliari: *Mitte te deorsum*, id est animo & cogitatione Infernum ingredere, & vide superbos ibi esse ludibria Dæmonum, humilibus in cælo elatis.

Isai. 51. *Leuate in calum oculos vestros, & videte sub terra deorsum.*

Psal. 54. *Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes.*

Psal. 9. *Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum?*

Durum abstinere à purpura, ab epulis splendidis?

Durum Lazari misereri? *Mitte te deorsum*, & audies. *crucior in hac flamma*: audies, *Mitte Lazarum &c.*

Hæc flamma flammas alias haud ægrè sopiet.

D. Athanas. Scribit, recordatione harum flammarum, victorem factum Antoninum flammis libidinis agitatum.

Sanctus quidam Pater excitato igne ex prunis in cubiculo, meretricem conuertit, aut vicit &c.

Deut. 32. *Quis habitabit ex vobis cum igne deuorante, cum ardoribus sempiternis?* Mitte te deorsum.

Ecce mel de petra, oleumq; de saxo durissimo.

Dic ergo tecum: *Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas Inferi:* E portis inferi audiam, videbo, quæ mala malis &c.

NOTÆ CONCIONIS XXXI.

Them. Si filius Dei es, Mitte te &c.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum:
1. *Quid præterea desiderarit hostis à Christo. dicens (Mitte te)*
2. *Hostem crudelem, qui semper ad mortem tentet.*
3. *Hæreticos ei similes.*

AVE MARIA.

I.

¶ *Quid præterea desiderarit hostis à Christo dicens (Mitte te.)* Telum

Telum trisulcum, aut bifidum, plura infert vulnera ictu vnico.

Et Dæmon plura mala vna tentatione.

*i. (Vt diximus) vana gloria conatur hic Christũ perdere.

*ij. Et vult, vt plus æquo se credat diuinæ prouidentiæ. Hæc enim tentatio, quasi quædam replicatio est ad Christi responsum. Quasi dicat Christo nebulo.

Ais bone vir. *Non in solo pane &c* Tam vero est necessarius panis hominis sustentationi, quam scala descensui è pinnaculo. Qui ergo ais, te à Deo sine pane posse sustentari, crede & te sine scala posse descendere, eodem Deo adiuuante. *Mitto te deorsum*. Scriptura, ad cõfirmandam hanc spem tuã, vsus es; & ego scriptura vtor, ad confidentiam istam persuadendam.

*iii. Vult, vt tentet, an potens sit, verax promissiq; tenax Deus.

Item, an Angeli recte obeant custodiendi hominis prouinciam.

Et dux mœnia, & castra circumit, vt videat an vigiles dormitent, dormitantes castiget, verbo aut verbere.

Id velle tentatorem patet ex Christi responso: *Non tentabis, &c.*

Tentator hic Christi, Christum vult esse tentatorem Dei.

Et id malis pro more, omnes vt velint & studeant, esse similes sui. Id in Bonis commendabile. &c.

*iiii. Venatur quoque modo Christi obedientiam.

Hilar. canon. 3. in Matth. *Vult quoquo modo obedientiam elicere tentator, relaturus hinc gloriam, si sibi Dominus maiestatis licet per confidentiam paruisset.*

*v. Inhiat duplici Christi, homicidio, sic ille secum Si se de gradu hoc deiecerit, aut se occidet, aut non: Sed occidet se profecto, si non sit Filius Dei, Deo iuste deserente credulum nimis ac temerarium: ac sic anima eius, præda mea est: Si non occiderit, certè aut reddidero eum tentatorem Dei, & mihi obedientẽ, aut Filium Dei intellexero, quod ipsum quærito.

II.

¶ *Diabolus crudelis belua.*

Notanda

Notanda Diaboli indoles crudelis, vt qui ſanguine paſcatur & cædibus.

i. Sap. *Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum.*

Intulit homini immortali, mortem animæ, mortem naturæ &c.

ii. Olim ſacrificos & idolatras ſuos, ad cruenta ſacrificia, & humanas hoſtias offerendas coegit.

Moloch idolo pueri viui dabantur in manus comburendi &c. *D. Hierony. in illud Iſai. Præparata eſt: ab heri Tophet.*

Dianæ Tauricæ hoſpites immolari, Lact. lib. 1, Inſt. c. 21. Ouid 44. triſtium.

3. Reg 18. Sacrifici Baal cutellis & lanceolis ſe incidebant de more, donec perfunderentur ſanguine.

Macrob lib. 1. Saturnal c. 7, Pro familiarium ſoſpitate pueri mactati Maniæ Deæ matri Larium.

Vide tom 1 Acad. noſtræ in illud Diſſipauit ſubſt. ſuam viuendo luxurioſè, plurima, pag. 397. 398.

iii. Poſtea hæreticos nonnullos ita dementauit, vt ſe ſponte interfecerint.

D. Aug. tom. 2. epiſt. 50. ait ludum quotidianum fuiſſe Donatiſtis ſeipſos occidere, vel præcipitiis, vel aquis, vel flammis.

Idem tom. 6. de hæreſ. ad Quod vult Deum, id ipſum aſſerit de Donatiſtis Africæ gyrouagis.

Idem tom. 7. contra ep. 2. Gaudentii lib. 2. c. 19.

Caſſianus lib. 1. collat. 2. Marul. lib. 5. c. 7. Narrant Heronem quendam in Thebaide eremicolam ſenem, poſt 50. annos ibi actos in ieiuniis &c. ſtulte credulum Diabolo multa iactanti de eius meritis, ac ſuadenti præcipitium, paruiſſe. ac tertio poſt die mortuum &c.

iiii. Præterea nonnullis ſuaſit.

Se interficere {
1. *Ob aliena peccata,*
2. *Ob ſua præterita,*
3. *Deſiderio vitæ melioris.*

i. Ob aliena peccata. Sic Lucretia ob peccatum Tarquinii, &c. *Liuius Decad. 1. lib. 1.*

1. *Reg.* 17. Architophel transfuga ad partes Abſalonis, ſe ſuſpendit, ob neglectum ſui conſilii.

ii. Ob ſua

ii. Ob sua peccata. Iudas abiens laqueo se suspendit; quod Christum osculo prodidisset.

Dido, quod lapsa cum Ænea, se trucidauit.

Virg. 4. Æneid —— *Sic sic iuuat ire sub umbras*, aiebat.

Ouid. lib. de arte *Biblida quid referam, vetito quæ fratris amore.*

Arsit, & est laqueo fortiter vlta nefas?

D. Ambros. lib. 5. hex. c. 21. De apibus & Persis post offensam se interficientibus agit.

iii. Desiderio vitæ melioris.

Cic. lib. 1. Tuscul. D. Aug. lib. 1. ciuit. c. 22. aiunt Cleombrotum, non illum Lacedæmoniorum Regem, sed illum Ambraciotam, lecto Platonis Phœdone de muro se dedisse præcipitem, desiderio vitæ melioris.

Multi audito Hegasia Cyrenaico disserente de contemnenda vita, sibi ipsis mortem intulerunt. Multæ virgines.

Contra hos.

D. Aug. tom. 5. lib. 1. ciuit. c. 27. *Hoc asserimus neminem spontaneam mortem sibi inferre debere propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere grauissimum proprium, quem non polluebat alienum: Neminem propter sua peccata præterita, propter quæ magis hac vita opus est, vt possint pœnitendo sanari: Neminem velut desiderio vitæ melioris quæ post mortem speratur: quia reos suæ mortis, melior post mortem vita non suscipit.*

Non accersendam mortem docet Plato in Phædone.

Macrob. lib. 1. Saturnal c. 13. quod se occidere non liceat, & cur.

Iob. 7. *Militia est vita hominis super terram.* Sed non debet miles deserere stationem, aut ordinem suũ, nisi vocatus à Duce: Ergo nec homo vitam suam, non vocante Imp. Deo.

Detrusus in carcerem, diffugiens iniussus, non vitat pœnam, sed auget. Quid corpus nisi carcer &c.?

III.

Hæretici similes Diabolo, in quo.

1. Voluit

1. Voluit scripturis ille Christum perdere, & illi Catholicos Christianos.

2. Et illi quoque de pinnaculo templi catholicos deturbare volunt, discessionem à Catholica Ecclesia suadentes.

Templum illud Hierosol. Metropolitanum, fuerit figura Ecclesiæ Romanæ & Apostolicæ, quæ instar illius fundata in montibus. i. super insignem magnamque iustitiam.

Matth. 5. *Ciuitas supra montem posita.*

Psal. *Fudamenta eius in montibus sanctis.*

Hæretici hoc vnum moliuntur, vt ex Ecclesia Romana auocent.

Vincent. Lyrinensis lib de fidei vniuersitate, &c. Idem ab Hæreticis adduci quod hic à Diabolo, docet, quasi dicant illi fidelibus. *Si filius Dei es, mitte te deorsum. Hoc est, filius esse vis Dei & hæreditatē regni cælestis accipere, mitte te deorsum, id est, ex istius te sublimis Ecclesiæ doctrina & traditione dimitte. At si quis interroget quempiā hæreticorū sibi talia persuadentē, vnde probas? vnde doces, quod Ecclesiæ vniuersalem & antiquā fidem dimittere debeā? Et continuo mille testimonia, mille exempla, mille autoritates parat de lege, de Psalmis, de Apost. de Prophetis, quibus nouo & malo more interpretatis ex arce Catholica, in Hæreseos baratrū infelix anima præcipitetur. Iam vero illis, quæ sequuntur promissionibus, miro modo incautos homines hæretici decipere consueuerunt. Audēt enim polliceri & docere, quod in Ecclesia sua, i. communionis suæ conuenticulo, magna & specialis ac plane personalis quadā sit Dei gratia, adeo vt sine vllo labore, sine vllo studio, sine vlla industria, etiamsi nec petant, nec quærant, nec pulsent, quicunque illi ad numerum suum pertinent, tamē ita diuinitus dispensentur, vt Angelis euecti manibus, i. angelica protectione seruati nunquam possint offendere ad lapidem pedem suum, i. nunquam scandalizari.*

Tota eorum intentio, vt abducant discipulos, ab Ecclesia, post se.

Lutherus l. de formul. Missæ. *Si quo casu Concilium decerneret ac statueret, vtramque Sacramenti speciem vsquequaque & porrigi & accipi debere, iam tum nos vtramque speciem sumere nolumus; immo vero tum demum in contemptum eius*

concilii eiq; insultando vel alteram duntaxat, vel neutrā speciem percipere vellemus, at minime gentium vtramque atque adeo illos quoque, non alio, quam excommunicatorum loco haberemus, qui ex concilii decreto vtramque speciem vsurparēt.

Idem parte altera aduersus cælestes prophetas de Sacramento.] *Cum interdicitur tibi esu carnium die pisculento, tam tu debes vesci carnibus: cum præcipitur vt die, qua carnes edere licet, edas, iam non debes edere. Cum coniugio iuberis abstinere, coniugium inire debes, aut certe te ita comparare, tanquam id lubens facere velis, atque ita in reliquis.*

Theodorus Beza ausus dicere: *Ingredere quamcunque voles Ecclesiam vel Lutheri, vel Caluini, vel alterius, dummodo non ingrediare Romanam.*

Vnus omnium Scopus auellere à pinnaculo templi, i. ab Ecclesia.

NOTÆ CONCIONIS XXXII.

Them. Scriptum est, Angelis suis &c.

Facta rpetitione, sic propositum.

Dicendum hodie mihi:
- *1. De amore Dei in nos, in custodibus dandis.*
- *2. De custodiæ Angelorum perfectione:* vbi psalmi pars à tentatore omissa, restituitur (*Vt custodiant te &c.*
- *3. De reuerentia erga Angelum custodem.*

AVE MARIA.

I.

Amor Dei in nos vnde notior.

Panis contemplationis est omnium longe suauissimus, & fit
- *1. Admirando maiestatem Dei corde purgato, alato extatico,*
- *2 Intuendo iudicia Dei seuera in Angelos, Adamū, Sodomam, Chore &c. ad excitandum timorem eius in nobis.*
- *3. Meditando bona æterna, ad excitandum perseuerantiam in bono.*
- *4. Recogitando beneficia, ad excitandum amorem. Nostri non egens beatissimus Deus creauit nos, redemit perditos &c.*

Hodie

Hodie ergo panis contemplationis pascamur, attendentes amorem, solicitudinem Dei in custodia hominis.

Rei diligens custodia, signum amoris in eam rem splendidissimum. Et quo diligentius. à nobilioribus, & à pluribus res custoditur, eo custodientis amor videtur ardentior.

Angelis suis mandauit de te.

Circunstantiæ amoris Dei in hominem { *Quis?* Deus: *Quid?* mandauit. *Quibus?* Angelis. *Qualibus?* Suis. *De quo?* de te ô homo. *Ad quid?* Vt custodiant te, totum animam & corpus. *Vbi?* In omnibus viis tuis. *Quo fine?* Ne offendas ad lap. ped. tuum.

O quot amoris signa!

Quis ille? Deus Deorum, Rex Regum. *Apoc.* 19.

Quis ego? *Ego sum vermis, & non homo.* Homo bulla. *Prou.* fœda gutta &c. Mandauit Deus de me, Angelis! ô amorem!

Psal. *Quid est homo quod memor es eius, aut Filius hominis quia reputas eum?*

Deus mandauit de me {

1. Mihi, Deut. 4. *Custodi temetipsum & animam tuam solicite.*

Prou. 4. *Omni custodia serua cor tuum.*

Amor vxoris in maritum etiam patet, cum peregrinaturo inculcat: custodi te solicitè (mi vir) à latronibus, à frigore &c.

2. Sibi ipsi. Psal. *Nisi Dominus custodierit ciuitatem. &c.*

Psal. *Dominus custodit te ab omni malo.*

Psal. *Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.*

Isai. *Ego tui non obliuiscar: Ecce in manibus meis descripsi te.*

Christus voluit dici Samaritanus, id est custos.

3. Prælatis 3. Reg. 20. *Custodi virum istũ, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius.*

4. Angelis

4. *Angelis, suis.* Isai. 62. *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes.*
Psal 33. *Immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum.*

Beniamin paruulus creditus fratribus senioribus.

D. Bernard. ser. 12. *Angelos, nostros iubes fieri Pædagoges.*

Quid est homo quod memor eius, aut Filius hominis, quia reputas eum?

Vt sit ordinata Angelorum custodia.

* 1. Singulis hominibus, vt sunt singulares personæ, deputantur singuli Angeli, ex infimo ordine.

Initium custodiæ.

* 2. Horum custodia incipit, à natiuitate ex vtero. Nato enim homini tum primum deputatur Angelus proprius. Nam à natiuitate in vtero, idem filii custos, qui & matris. *Thom. 1. p. q. 113.*

Thom. in 2. dist. 11. Dixerat dari etiam st tim in conceptione, post animam rationalem datam. At [illegible] sic ibi intelligendus est, in infusione animæ rationalis, angelum custodem matris, incipere custodire prolem, non solum vt aliquid matris, sicut ante solebat, sed vt aliquid iam aliquo modo j. quo ad formam vltimatam, distinctum à matre, licet non quo ad colligationem corporalem.

3. Sanctificatis in vtero, etiam deputatur Angelus custos.

4. Damnandis quoque deputantur boni Angeli custodes, qui eos à multis malis auocent.

Et AntiChristus ipse habiturus Angelum sui custodem, ne faciat peiora iis ipsis, quæ facturus est pessima.

5. Attamen *D. Thom. 1 p q. 113 art. 4 ad 1.* Docet Christum caput Ecclesiæ non habuisse Angelum custodem, nec eguisse.

1. *Quia Deus & homo Christus.*
2. *Anima à Verbo regebatur immediate.*
3. *Anima in Verbo Dei omnia comprehendebat.*

Sed forte Angelum habuisse custodem corporis dici potest, ex dispensatione & humilitate, non ex necessitate.

Vniuscuiusque hominis multi Angeli custodes.

1. Nam cur dictum: *Angelis suis mandauit de te*? Vel hinc videtur vnicus homo commendatus multis.

2. Et probat ratio. Nam primum suus cuique custos est. Deinde cuilibet Prouinciæ datus est Archangelus, custos totius, & partium illius. Vnde quandoq; Archangeli, custodes prouinciarum colluctantur, pro regnis custodiæ suæ commissis, non contrariis voluntatibus, sed quia producunt merita custodiæ suæ commissorum & de iis consulunt diuinam voluntatem, vt sciant, vtra ex parte debeat stare victoria.

Daniel 10. Gabriel loquitur Danieli. *Princeps regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de Principibus primus venit in adiutorium meum.*

Hieronymo in eum locum, fuit bonus Angelus regni Persarum.

D Greg. lib 27 moral Ait Principem regni Persarum, fuisse bonum Angelum deputatum eius custodiæ, qui cum videret ex bona Israelitarum conuersatione, regnum Persarum posse fieri sanctius, impediebat ne Daniel exaudiretur, pro liberatione suorum.

Omni quoque collegio, confraternitati sacræ (vt hodie vocant) seu (vt Budæus in Pandectas, post Aristotelem in Politicis, vocat) Phratriis, datur specialis Angelus, qui totũ corpus societatis regat, custodiat, vt vna anima totum corpus.

Præterea Principatus totã naturam humanam custodiunt.

Denique Prælati, Reges, vt tales, illuminantur ab Archangelo vel Principe. Est autem omnis homo pars orbis, pars huius aut illius regni, collegii &c.

Cũ ergo omnis homo, vt priuata persona, habeat proprium Angelum: & vt pars mundi, alterum, qui eum vt partẽ totius mundi custodiat, & vt pars alicuius regni vel prouinciæ, tertium; & vt Christianus ceu pars collegii Christi, quartum; vt pars monasterii huius vel illius, societatis huius vel alterius, quintum; & vt Rex forte vel Episcopus &c. sextum: Ideo ex hoc loco (*Angelus suis mandauit de te*) videtur aptè concludi, hominis vnius Angelos custodes plures vno esse. Nam quis homo non pars humanæ naturæ? &c.

Apost.

Apostrophe moralis.

Ex multitudine custodum hominis agnosce
1. *Dei prouidentiam (ô homo:)*
2. *Amorem eius in te maximum, Rei charissimæ custodes multi, Nobiles, fortes &c.*
3. *Dignitatem tuam.*

D. Hierony. tom. 9. in cap. 18. Matth. *Magna est dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis, in custodiam sui Angelum delegatum.* Vnum proprium, communes multos.

Cant. 3. *Lectulum Salomonis 60. fortes ambiunt &c.*

4. *Reg. 6.* Seruo Hælisæi milites formidanti, apparuerunt equi & currus ignei in monte, ad protectionem.

Nec Horti Hesperidum, nec vellus aureum, nec poma aurea tam diligenter custodita à Dracone peruigili poetarum: vt anima ab Angelis.

Nec Io Inachi filia ab Argo Iunonio centoculo.

Ouid. lib. 1 Metam. Constiterat quocumque loco, spectabat ab Io, Argus oculatissimus.

Nec geminæ illæ præciosæ, quas in quibusdam montibus; à Gryphibus ipsis custodiri ait Isidorus, ne auferantur, ita custoditæ.

Et nota vocem (*mandauit*) Nam mandatum est propriè datum negotium sine mercede exequendum,

Terent. in Adelphis. *Hic mandes, si quid recte curatum velis.* Vult Opt. Deus nos ab Angelis gratis custodiri. O Deum & Opt. & Max !

Vt custodiant te in omnibus viis tuis: omissum à tentatore, exponitur.

II.

Custodia Angelorũ perfectissima:

*I. Non temere, *Vt custodiant te in omnibus viis tuis,* Triplicis officii nota custodiæ vox.

*j. *Custodire* & tueri, res vna:

Virg. 1. Æneid. *Res dura, & regni nouitas me talia cogunt moliri, & late fines custode tueri.*

ii. *Custodire* & arcere malum conueniunt. Custodes enim furum & auium in hortis, etiam dicuntur, non qui fures teneant aut seruent, sed qui ab hortis arceant.

iij. *Custodire* & obseruare aliquem notæ sunt eiusdem. Est autem obseruare, cuncta diligenter rimari.

Cic. 1. Catil. *Oculi & aures omnium te speculantur, & custodiunt.*

Olim mulieribus & puellis adhibiti custodes j. obseruatores.

Hinc frequenter, *Fallere custodem* in Ouidianis procacitatibus lectum,

Et Tibullo. *Sed pretium si grande feras custodia victa est,* non falso dictum.

Insinuantur ergo Angeli	1 *Tueri bona* 2 *Arcere ac propulsare mala* 3. *Obseruare opera*	hominis	*Ne pereant* *Ne cõtingãt* *Ne contra aut præter decorũ fiant.*

II. Nec otiose dictum. *Te*. Hoc animam, hoc corpus tuum (nam neutrum seperatim sumptum constituit hominem) serio eorum custodiæ commissum notat. Licet enim animæ datum subsistere per se, sine corpore (vt patet in animabus separatis in cælo purgatorio, & Inferno) non tamen habet sola completam rationem, vel essentiam speciei humanæ, cum ipsa sit tantum pars eius, homo enim dicitur quod compositum est ex anima & corpore.

Lactant. quidem lib. de opificio Dei c. 20. in fine: *ipse homo* (inquit) *neq; tangi, neque aspici, neque comprehendi potest:*

Et proæmio eiusdem lib. *Homo ergo anima est,*

At D. Aug. lib 9. ciuit. commendat Varronem, hominem nec solam animam, nec solum corpus, sed animam & corpus arbitrabatur.

TE ergo ait, vt corpus & animam traditam custodia Angelorum intelligas.

Animam vt	*Illuminent* *Moueant*	Ad bonum

Corpus

Corpus, vt ab hostis maligni insidiis tueantur.

* III. Adiectum non frustra: *In omnibus viis tuis*, ne vsquam vel vnquam abs te absfuturos hosce custodes putes?

Viæ hominis tres:
1. *In mundum*, in natiuitate, cum quasi è quodam portu soluimus.
2. *Per mundum*, à natiuitate, cum tota deinceps vita mare magnum ac procellosum peruolamus.
3, *E mundo*, in mortis agone, cum quasi quoddam naufragiū patitur scapha corporis nostri.

In natiuitate, ante baptismum, puerulum custodiunt, ne Dæmones filium iræ rapiant, dilanient, aut præfocent &c. Venientem tuentur, à peccatis, à periculis: morientem à desperatione &c,

Viæ hominis duæ per mundum:
1, *Necessitatum*,
2. *Cupiditatum*.

D. Bernard. ser. 11. Psal. Qui habitat. *Viæ filiorum Adam in necessitate & cupiditate versantur.*

*1. *Via necessitatis homini cibus & potus*. In via hac te custodit Angelus, ne pro cibo aut potu, venenum bibas mixtū aut datum à Diabolo, qui nouit herbarum vires, & res quarum solo contactu, cibum reddere posset mortiferum.

In via hac qua ambulabam absconderunt superbi laqueum mihi.

Quam multi esca vel potu, occultis causis, perierunt!

In via hac necessitatis, ne excedas, aut vergas in viam cupiditatis, superfluitatis, cauet Angelus: dicit; comestum satis. lusum satis &c.

Via necessitatis somnus. Ne animæ noceat hostis per phātasmata noctium, per pollutiones &c. Neu corpori quouis modo, custodit te bonus Angelus *à negotio perambulante in tenebris: & à timore nocturno,*

Et ne deflectas in viam superfluitatis & pigritiæ primulo diluculo cristatis ac lucis auibus canentibus, tibi surgendi est autor,

Bern. ibid. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus indigentiis tuis, in omnibus desideriis tuis.*

Alioquin incurreres viam mortis viam obstinationis, præter

xtu necessitatis, & viam præsumptionis, impulsu cupiditatis ac vehementis desiderii.

*ij *Via cupiditatis humanæ* est vim vi repellere, dentem pro dente &c. reposcere: Hic te custodit Angelus ne cũcta pro cupiditate facias.

Eccl. 18. *Post concupiscentias tuas non eas.*

*IIII. Caueris putes illud (*Tuis*) ad Pleonasmum pertinere aut periergon. Nam vt ne tibi plus æquo, ab his custodibus arroges, additum: *Viis tuis.*

Nam sunt & viæ Dæmonum { 1 *Præsumptio,* 2. *Obstinatio.*

Ceciderunt illi per præsumptionem: Per obstinationem vero non adiicient, vt resurgant. Non te custoditum iri ab Angelis falsò putes, si nunquam peccare dediscis, at eodem semper vis luto volutari. Non est hæc via tua. Custos tui, ab huius viæ custodia absolutus

Bernard. ser. 11. in Qui habitat. *Etsi quorundam hominum sit, non humanũ tamen sed Diabolicũ est in malo perseuerare.*

Vitæ humanæ { 1. *Fragilitas,* casus &c. 2. *Resipiscentia* &c. In his tuis te viis custodire Angeli iussi, & seduli.

III.

¶ *Qua reuerentia dignus Custos Angelus.*

Denique, si custodire & obseruare vnum sunt sæpiusculè (vt dictum est:) rursus beneficii loco est, habere Angelum custodem j. obseruatorem. Excitat enim profectò ad bonum bene agendum, & à malo reuocat spectator reuerendus.

Daniel. 13. Incitamentum mali, dicere: *Nemo nos videt.* Rarus qui sic compositus sit, vt si nemo videat, nemo nesciturus quidem sit, nec Deus ipse, quod turpiter admittitur; amore recti, & vitii odio abstineat à malo.

Cicero tamen lib. 3 off. loquens de Gyge & eius annulo, sic virum bonum compositum esse docet oportere.

Talis ergo cum rarus sit, nonne ingens bonum, habere testem & custodem, cuius reuerentia, quasi fræno, à turpitudine reuoceris?

Seneca

Seneca lib. 1 epist. 11 co... ...at Epicurum suadentem imaginari nobis semper adesse virum bonum spectatorem operum nostrorum. *Magna* (inquit) *pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat*

Idem epist. 6. lib 3 *Prodest sine dubio custodem sibi imposuisse & habere quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis iudices &c.*

At nos. *Spectaculũ facti sumus mundo Angelis, & hominib⁹.*

D. Bern. ser 11. *Quantam tibi debet hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam? Reuerentiã pro præsentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro custodia.*

Ibid. *Caute ambula, vt videlicet cui assunt Angeli (sicut eis mandatum est) in omnibus viis tuis. In quouis diuersorio, in quouis angulo, Angelo tuo reuerentiam habe. Tu ne audeas illo præsente quod me præsente non auderes.*

Bene ac beate viue, aut si olim turpiter, nunc te corrige, vt gaudio sis custodibus tuis.

Luc. 15. *Gaudium est Angelis super vno peccatore pœnitentiam agente.* Videres alterum alterius pulsantem latus præ gaudio, exultantes, arridentes, cum te lachrymari, orare pro peccatis vident: flentes, tundentes pectora, &c. cum quid peccas, si oculis cernerentur.

Isai. 33. *Angeli pacis amare flebunt.*

D. Bernard. ser. 12. in Qui habitat. *Simus ergo deuoti, simus grati tantis custodibus, redamemus eos, honoremus eos, quantum possumus, quantum debemus &c.*

NOTÆ CONCIONIS XXXIII.

Them. Angelis suis Deus mandauit de te, vt &c.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum hodie:
1. *E scripturis & patrib. Angelos cuilibet hominis ætati, ac etiam malis opitulari.*
2. *De Hominibus custodibus animarum, eorumq́ officio.*
3. *De hominibus custodibus corporum, eorumq́ officio.* AVE MARIA.

 1. Angeli

I.

¶ *Angeli custodes singularem ætatum hominis.*

Sacris exemplis autorandum, Angelos custodes hominis in omnibus viis eius.

Viæ hominum ætates variæ.
- 1. *Pueritia*
- 2. *Adolescentia*
- 3. *Virilis ætas*
- 4 *Senectus*
- 5 *Transitus ad Deum*

De ætatibus hominũ vide A Gell. lib. 10. noct. c. 28. Iul. Pollucem lib. 2. Philonem Iudæum lib. de mundi opificio, ex Hippocrate. Albertum Magnum. Varronem, &c.

*j. *In via pueritiæ* custodiunt Angeli.

Matth. 18 *Angeli eorum semper vident faciem Patris*, Angeli eorum. j. custodes pusillorum, paruulorum.

Gen 21. Agar fugatæ cum Ismaele suo, moribundo iam siti puero in solitudine, ostendit Angelus puteum aquæ.

Gen. 22. Paruulus Isaac iam conscenso rogo non necatur, tenente eius custode Angelo manum Patris iam iam cæsuri.

Matth 2. Herode conspirante in necem paruuli Iesu adhuc in cunis, ecquis dixit Iosepho, *Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum &c.?* An non Angelus bonus, forte custos vitæ eius, quem habere forsitan voluit, non necessitate sed humilitate?

ii. *In via adolescentiæ.*

Tob. 8. Raphael comitatur ducit ac reducit Tobiam iuniorem; vincit, ligat & relegat Asmodeum in deserta interiora Ægypti, &c.

4. *Reg* 6. Videndi seruo Helisæi currus & Equites Regis Syriæ, ac pertimescenti, adsunt Angeli in monte ostentantes equos & currus igneos, ad eius tutelam.

Daniel 3. Tres pueros in fornace Babyl. à flamma custodiunt, & quasi leniter irrorant.

Daniel. 6 Misit Angelum suum Deus qui concluderet ora Leonem alioqui deuoraturorum Danielem.

Daniel.

Daniel. 14. Habacuc è Iudæa, cum prandio messorum, delatus in lacum, ab Angelo in gratiam Danielis damnati ad bestias. in Babylone.

D. Ambros. ser. 90. Agnes Symphronio præfecto minanti ducturum se Agnetem ad Scorta, dixit: *Mecum habeo custodem corporis mei Angelum Domini, qui me inuiolatam seruabit* Ductam ad Scorta, cum Præfecti Flius violaturus accederet continuo concidit mortuus.

Cæcilia Angelum suum Valeriano marito ostendit, &c,

iii. *In via ætatis virilis.*

Exod 14. & 32. Angelus præcessit Moysen in Ægytum, & eduxit Israelitas.

Iosue 5. & 6. Angelus apparuit Iosue, in agro, euaginatum tenens gladium, modumque subuertendæ Hiericho edictauit.

*S*æpe in Machabæorum præliis apparuerunt Angeli in præsidium pop. Dei.

Iud. Gedeoni Angelus opem tulit in Madianitas.

iiii. *In via senectutis.*

3. Reg. 19. Eliam in solitudine mœstum, in vmbraque Iuniperi proiectum pauit Angelus pane subcinericio, & iacentem animum erexit.

Tob. Raphael, Tobiæ seniori excæcato dedit lucentem hunc globum intueri.

Act. 12. Petrum incarceratum, iam iamque producendum populo, alius liberauit.

v. *In via mortis.*

Luc. 16. Lazarus euectus ab Angelis in sinum Abrahæ.

D. Gregor. lib. 2. Dial c. 35. Vidit D. Benedictus animã Germani Capuani Episcopi mortui, ab Angelis deferri, &c,

Et Malos custodiunt Angeli.

Vt obuient malis, quæ alias perpetraturi essent.

Num 22. Asinam Balaam coegit Angelus gradum sistere, ex ore Balaam venali, benedictionem pro maledictione fecit erumpere.

Et Anti-Christus perditor & perditus, à custode Angelo compesceretur, ne perpetret peiora illis pessimis, quæ vel meminisse horret animus.

II

Quid deceat homines custodes animarum.

Pontifici summa, instar Dei ad laborandum, suos vt commendet, *Angelis suis*.1. bonis Episcopis: Episcopi bonis pastoribus, &c.

Cur Angelorum nomen Sacerdotibus.

1 Quod paritas officiorum.

Nam *Angelorum vocabulum nomen est officii non naturæ.* Greg. hom 34.

Est Angelorum illuminare: & Sacerdotũ docere. Opera paria.

Malach. 2. *Labia sacerdotis custodient scientiam, & legẽ requirent ex ore eius. quia Angelus Domini exercituũ est.*

Malach. 3. *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciẽ meã.* Vox Patris ad Filiũ, de Ioanne Baptista, vel Christo interprete: Hic est enim de quo scriptum est &c. Matth. 11. & Luc 7.

Galat. 4. *Sicut Angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum.*

1. Cor. 11. *Mulierum capita velanda ait propter Angelos* 1. Sacerdotes.

Apoc. 2. *Angelo Ephesi scribe.*

C 3. *Angelo Ecclesiæ Sardis scribe.*

ii. Quod par horum illorumque vita. Nam Sacerdotes cælibatum colendo, Angelis qui non nubunt neque nubuntur, haud absimiles. & hinc Hieronymo dictus cælebs, quod cælo dignam vitam agat.

Act. *Videbant Steph. quasi vultum Angeli stantis inter illos.*

Psal. *Facit ministros suos ignem, vel flammam ignis vrentem.*

Ignem, Dixit ob puritatem, instar ignis: & ob illuminandi officium: *vrentem*, ob ardorem charitatis, qua primum incensi ipsi, alios deinde inflammare debent.

iii. Quod vtrique nuntii voluntatem Dei.

Gen. 17. Abrahæ nunciant Angeli filium nasciturum.

Iud. 13. De Samsonis natiuitate &c.

*Luc.*1. De baptista & de Christo &c.

Illos

Illos modo læta nunciare oportet de Dei misericordia:
Iocl. 2. *Benignus & misericors & præstabilis super malitia Dominus &c.*

Modo tristia, de Dei iustitia.

Nuntius denique proprie non literarum baiulus, sed alicuius interpres.

Et Sacerdotes, Dei interpretes.

Isai. 58. *Annuncia populo meo scelera eorum. &c.*

Ezech. 33. *Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. audiens ergo ex ore meo sermonem, annunciabis eis ex me.*

Committenda cura animarum amore Dei flagrantibus.

* *Suis. 1.* Beneuolis, amantibus, &c.

Hoc sensu dicitur, *Ego sum tuus ille est meus* &c.

Ioan. 20 Postquam dixerat Petrus, *Domine tu scis quia amo te,*, audiuit: *Pasce oues meas.* Amoris & charitatis igne æstuantes pastores fiant.

Pastores deligendi amantes gregis, Summi Pontificis, ac maxime Iesu Christi summi Pastoris animarum nostrarum, ne forte ouis lupo committatur, Dicunt enim quidam se Ecclesiæ esse, & sunt Synagogæ Sathanæ. *Apoc. 2.*

Vox (Mandauit) quid notet.

Vt nemo assumat sibi honorem, nisi vocatus, vt Aaron.

Ad res temporales gerendas, ad malitiam, vocantur Præsides prouinciarum à Ducibus, custodes ciuitatum à Regibus, nemo se ingerit. Et mandato animarum curam Sacerdotes habeant non ambiant. Mandato inquam Dei, vocatione diuina, *Mandauit Deus Angelis suis de te &c.*

Mandet Deus illis, vt Angelis, { *Non mundus* / *Non Simonia,* / *Non affectio carnis &c.* }

Nec impetrent, nec extorqueant. Virtute habeant, non fautoribus. *Emitur virtute potestas.*

Alioquin Oseæ 8. *Ipsi regnauerunt, sed non ex me: principes extiterunt sed non per spiritum meum.*

Vt custodi-

Ezech 33. *Si speculator viderit gladium venientem & non insonuerit buccina &c.*

Cant. *Vineam meam non custodiui.*

Argus ergo sit centoculus pastor animarum. Non dormit pastor custos gregis.

Metam 7. Dracones custodes pomorum aureorum, peruigiles.

* ij. *Circumeundo.*

Obambulantes pastor eiusque Molossus, gregem circumeunt, ne qua ouis errore pereat.

Speculator turrim circumit, hac illac spectat.

Et Vigilum primores circumeunt vicos mœnia ciuitatum.

Custos vineæ non stat vno in loco quietus.

Episcopi ergo etiam circumeant Diæcesim. Abbates monasteria, officinas: officia: Sint quasi parui Dii vbique, in tonstrinis, in medicinis, in ædibus sacris, in horto, in palæstra. Fatigentur quæritando.

Statuæ, quæ in hortis ponuntur ad metum auium, quia statuæ & stabiles, non admodum terrent aues: Et Pastores immotos, ac Termino Ethnicorum Deo persimiles, parum grex reformidat.

Baruc. 6. *Sicut formido in cucumerario, quæ nihil custodit.*

Prou. 27. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera.*

Cant. 3. *Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem.*

* iij. *Cohabitando gregi.*

Prou. *Oculus Domini impinguat equum.*

Maritus sponsæ claudens latus, sponsam castam facit. Sponsam Episcopi, eius Ecclesiam, & doctis in ore.

Oculus hominis præsentis, sæpe plus terret peccaturum, quam oculus Dei.

Sic Luna multo minor ac imbecillor cunctis cæli syderibus, quia homini cæteris vicinior, agit afficitque corpora, longe aliter, ac potentius, quam astra reliqua.

Non multum in aulis versetur, non solum in sui gratiam, ne corrumpatur. (Nam, *Exeat aula qui vult esse pius:*) sed ne ipso absente subditi peius se gerant.

An Pastores ouium adire vrbes, aut tabernas cauponarias vides

vides, relicto grege in deserto? Qui astat pastor, aut assidet, hæret pede pes &c.

Concil. Laodicense c. 42. & habetur 3. p. Decret. de Consecrat. dist. 5. numer. 36. edit. Iaco. Puteani. *Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos præter iussionem Episcopi ad peregrinandum proficisci.*

D. Greg lib. 5. ep. 113. Athemio Subdiacono. *Peruenit ad nos Pigmenium Amalphitanæ ciuitatis Episcopum .. foris per diuersa loca vagari: Idcirco hac tibi autoritate præcipimus, quatenus hoc de cætero facere non præsumat, sed in Ecclesia sua Sacerdotali more resideat.*

iiij. *Clamando.*

Ad arma conclamant vigiles; insonant buccina speculatores, si vel vmbram hostis vident, vel auram aure capiunt. Lupos pastor clamoribus arcet.

Episcopo. *Argue, obsecra, increpa &c. insta opportune importune &c.* Dictum à Paulo.

Isai. *Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia pop. meo scelera eorum.*

Hierem. *Clamabunt custodes in monte Samariæ,*

III.

Quid deceat homines custodes corporum.

Regum est Principum &c. quib. non vacat (vt nec exiguis rebus adesse Ioui) per se imperio præesse, cõmitere subditos.

* *Angelis* bonis, viriis bonis.

Cornel. Tacitus 25. Ann. *Res tuas non nisi spectatissimo cuique mandes*

Angelis, inquam, non iis, qui se Angelos dicunt & similes Angelis sunt, sed lupi sunt &c.

* *Suis*. j. regii honoris, & Reip. amantibus, beneuolis, qui rem Regiam remque publicam melius curent quam suam.

Tutor quærendus pupillo beneuolus; non qui rem auferat cum puluisculo.

Vt custodiant te

Personas maiorum instituta, patrios ritus, priuilegia bona, mores bonos &c. tueantur.

Vrbes

Vrbes, arces, oppida defendant ab hostium incursibus &c.

Militiæ primum sacramentum, tueri salutem, commoda dignitatem eius, cui militas.

In omnibus viis tuis.

Liberas ac tutas faciant publieas vias	1. *Ab insidiis hostium exterorum.* 2. *Ab insidiis militũ domesticorum.*	ne sit	1. *Intus gladius* 2. *Foris pauor.*

Cantet vel onustus auro viator, & in lucis gestet palam nummata, ac Philippeis grauida marsupia.

Militem si quem habent cum senis manibus, genere Geryonaceo, prædonem, raptorem axautorent, aut multent. *Vide* Frontinum *lib 4. Stratagematum c. 1 de disciplina.*

Iure nemo dicat:

Naum 3. *Custodes tui quasi locusta & paruuli tui quasi locusta locustarum.*

Ioel. *Residuum eruca comedit bruccus*, reliquias hostium vorat domesticus, &c.

Cant. 1. *Filii matris meæ pugnauerunt contra me.*

Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, vt graue dicitur ab Isaia: Multo grauius: *Regionem vestram coram vobis* domestici *deuorant.*

Thren. 1. *Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.*

Nemo iure, *ouem lupo commissam* prouerbio clamet.

Nec apologus iste à quoquam iusta querela declametur. Rusticus felem in arca clauserat, caseo (vt sperabat) custodiam: felis autem mures caseumque deuorauit, &c. ***

Turpe cum dici potest, *custos pædo*: protectior insidiatur, fele infelicior hospitē spolians, hosti parcens. Felis caseum quidem, sed & cum eo mures absorpsit.

O scelus, si
- *Nutrix paruulum lactantem intoxicat!*
- *Medea filios trucidat!*
- *Pupillos tutor spoliat!*
- *Saturnus filios suos deuorat!*
- *Medicus ægro cicutam propinat!*
- *Pyrrho Nicias aconita miscet!*

Si cui

Si cui hostis, arcendus, omni hoste est crudelior!

Actæonem suum canes ne comedant.

Miles nomen olim officii gloriosum; nunc verendum ne odiosum fiat.

Qui nunc dicũtur	*Reges,* *Hospites* *Satellites laterales* *Angeli boni,*	dicti olim	*Tyranni.* *Hostes,* *Latrones* *Dæmones*	nominibus nunc odiosis.

Magna hic aperta fenestra Ecclesiastæ, inuectiuis prudentibus, si qua à milite insolentia.

In manibus portabunt te, ne forte &c.

Et Ducum & militum, quasi portare populum.

Dominus portare Israelem dicitur in humeris suis.

Curandum ne ipsi allidant ad petram, aut quatiant.

4. *Reg.* 2. Elias Pictus *Carrus Israel, & auriga eius,* (vel Vatablo) currus Israelis, & equites eius, id est, qui plus iuuabat Israelem oratione, quam magna curruum & equitum multitudo.

Currus hominem gestat, auriga dirigit:

Princeps populis currus & auriga esto.

Tacit. 1. Annal. *Augustus militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit.*

Plinius paneg. *Nihil largiatur Princeps dum nihil auferat.*

Cic. lib. 1. off. *Iniustitiæ duo sunt genera, vnum eorum, qui inferunt; alterum eorum, qui cũ possunt, non propulsant iniuriam.*

Nullane in iustitia eorum, qui cum possunt ac debent propulsare, ipsi inferunt iniuriam.

Qui liceat, si, qui portare debuit conculcat.

Oedipum poscit hæc quæstio, Eliam aut Baptistam; qui soluere possit & ausit. Dauus sum non Oedipus.

Non sum Elias, neque Propheta.

Vim vi repellere licet. Cic. pro Milone.
Arma armis pugnent. Virg. 4. Æneid.
Vmbone repellitur vmbo.
Clauus clauo pellitur.
Insidiatorem iure interfici licet.

Legi

Legi tamen, { *Duodecim tabulæ nocturnum furem quoq; modo; diurnum autem si se telo defenderit, interfici impune voluerunt,* Cic. pro Milone.
Ibid. *Silent leges inter arma, nec se expectari iubent, cum ei, qui expectare velit, ante iniusta pœna luenda sit, quam iusta repetenda.* }

Exod 22. Fur nocte effringens domum cædi potest.

Sed etiam contra legi { Cyprian. lib. 1. epist. 1. *Occidere innocentibus, nec nocentem licet.*
Matth. 5. vocem Christi: *Ego dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei qui vult tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.*
Et quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo. }

Et scio iactari: in defensione rerum suarum & honoris, cum moderamine inculpatæ tutelæ, priuato licere per Casuistas (vt vocant) occidere tempore flagrantis delicti.

Vide epist. 48 D. Aug. ad Vincentium fratrem.
Item lib. 2. de serm. Domini in monte.

Ænigma huius temporis.

Angustiæ vndique, hinc à Sphinge Thebis contermino, si non soluitur: istinc à Creonte, si soluitur. Iocastam accipiat pretiũ Oedip', & soluat. Hîc ergo si possim, nũc nolim.

Auditores volo, non lectores.

NOTÆ CONCIONIS XXXIIII.

Them. *Ait illi Iesus rursum, Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.*

Factâ repetitione, sic propositum.

Dicendum { 1. *Quomodo legendum* (RVRSVM:) *de artificioso Christi responso, & cur Deus non tentandus.*
2. *Quod quibusque modis tentamus Deum.*
3. *Quod Deus volatum perhorruerit. Et in tẽtatores Dei nota.*
AVE MARIA. }

Q 1. Vox

I.

Vox (Rursum) vt ordinanda.

D. Aug. lib 3. de doct. Christ. c. 2. & 3. *Distinctio ambiguorum, quæ in pronuntiando, aut in pungendo fit, necessaria est sacræ scripturæ intelligentiæ. Id autem fit ex locis planis, & fidei regula, Ecclesiæq; autoritate.*

Vox (*Rursum*) hoc loco posita, varie pungi, & pronuntiari potest. Vox transfuga, & duarum quasi partium, sine tamen alterutrius detrimento.

* 1. Nam ita pungi ac poni potest (sicut & πάλιν Græcũ) vt vtrolibet possit referri, vel sic legendo: *Dixit rursum*, id est secundo respondit Christus, quo modo Biblia Plantini à Louaniensibus correcta pungunt:

* 2. Vel sic legendo: *Rursum scriptum est*, quo modo Arian. Montanus in Græco Latino test. Plantini.

Vox vero πάλιν significat quandoque iterationẽ: quandoque contrarietatem. Si ergo ad (*dixit*) referas illud (*rursum*) significabit iterato Christum respondisse: Si autem sic legas: *Rursum scriptum est*, significat idem quod voces *contra, è diuerso* scriptum est, *aliter* scriptum est alibi, vt scripturam scripturæ opponat, clauum clauo pellat.

* 3. Posset etiam aliquo modo legi vox (*rursum*) separatim, & vt neutri adhærens, sed per interrogationem, sic: *Rursum?* vt sit vox quasi mirantis, & subindignantis, de tentationis iteratione. Hanc tamen lectionem nusquam reperio.

Cui locus iste videbitur copiosius dilatandus doctis auribus, videat F. Francisci Ruizii Vallisoletani Regulas ad SS. scripturas intelligendas, librũ dignũ cedro, Regula & explanatione 7.

Christi responsum artificiosum.

Scriptum est, ait; *Non tentabis Dominum &c.*

* 1. *Opponit scripturam* scripturæ. *Vmbone repellitur vmbo.* Falsum aut verisimile allatum ab hoste, elisit vero.

Optimus scripturas interpretandi modus, per alias scripturas, vnam alteri conferendo, adhibita fidei & charitatis regula, non Lesbia.

Q. d.

Q. d. Miror te, qui scripturæ peritus vis videri, non etiam legisse prohibitum esse, tentare Dominum Deum.

Hic nota hæresim non esse in scriptura, sed in intelligentia. *Dictum hac de re sup. serm. 30. p. 2. itaque ne actum agã prætereo. Tu, Lector, inde huc refer, si libet. Vtrobique locus huic notæ: & de ea licet, vbi libet, agere. Vtere tuo Iudicio.*

2. *Modeste respondet.*

Chrysost. hom. 13. in 4. Matth. *Dicere non in solo pane viuet homo: & non tentabis Dominum Deum tuum, non valde seipsum manifestantis erat, sed vnum se ostendentis à cæteris.*

Idem homil. 5. in 4. Matth.

3 *Obscure & clare simul.*

Sic temperat responsum, vt possit intelligi nudus homo, scriptum est, *non tentabis &c.* id est omni homini id prohibitum, qualem me esse vides.

Et vero aliquis etiam possit intelligere, Christum hac se responsione Deum fateri, hoc modo: Tu Dæmon, non tentabis, id est tentare non deberes me Dominum Deum tuum, &c.

Quanquam *Rupertus lib. 3. de gloria & honore Filii hominis in c. 4. Matth.* nolit, Deum vocari Deum Diaboli.

Hac responsione non negat se Deum, nec asserit. Hostem perplexum adhuc relinquit, nec è Labyrintho dubiorum educit.

Act. 9. *Apertisq; oculis nihil videbat* Dæmon.

Luc. 24. *Oculi* Dæmonis *tenebantur, ne eum agnosceret.* Rationes eius iacent, stupet iudicium.

Tentare Deum quid:

Velle experiri, expiscari, quid Deus { 1. *Velit,* 2. *Possit,* 3. *Sciat.* } præter necessitatem, ex defectu fidei.

Tentat equum, qui vtitur, cum non opus est, eo tantum fine, vt sciat equi agilitatem &c.

1. *Quid velit.*

Terent. in Phorm. Visum est mihi vt eius tentarem sententiam.

2. *Quid possit.*

Cic. 1. Tuscul. *Tentaui quid in eo genere possem.*

* iij. *Quid sciat.*

Plautus in Amphytrione, vox Alcmenæ ad maritum *Tentas: iamdudum: pridem, modo &c.*

Tentas discipulos Quintiliane tuos, examinans, an sciant Oratorias tuas institutiones.

Vnde ememus panes vt manducent hi? Hoc autem dicebat Iesus tentans Philippum.

Tentatum alibi quid sciret Christus.

Quod est mandatum magnum in lege?

Prophetiza nobis Christe quis est qui te percussit?

Quid posset Deus.

Psal. 77. *Tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis. Et male loquuti sunt de Deo. Et dixerunt: Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?*

Omnis Dei tentatio procedit
- 1. *Ex defectu fidei*
  - 1. *De eius potentia, putat enim abbreuiatam manū Domini.*
  - 2. *De eius bonitate: Nam credit eum non ita bene velle suis.*
- 2. *Ex irreuerentia vult enim vti Deo sæpe, communiter, pro libitu, nulla necessitate &c.*

Ad Magnificas sacrasque res rarus aditus, magnis de causis, cum reuerentia.

Et Pontifices & Reges, non sine magnis causis, & raro, & cum reuerentia adeuntur &c. Raro ad scribendum, subsignandum prouocantur &c.

Regem Assuerum & Hester hic commemora.

Nomen Dei tremendum rarissime olim à summo Sacerdote prolatum. Nec modo in vanum, aut temere nomen Dei assumendum.

Sanctus Sanctorum, solus Pontifex summus, quotannis semel intrabat.

Heb. 9. *Christus introiuit in sancta &c.*

II

Qui modi tentandi Deum.

Deus

Deus autem tentatur ab homine
- 1. *Petendo*
  - 1. *Res inutiles nec necessarias*
  - 2. *Res vtiles & necessarias male modo, tempore importuno, &c.*
- 2. *Operando*
- 3. *Negligēdo*

Petendo.

* j. Res inutiles, nec necessarias,

Scire diem mortis: quem vtile nescire, ad semper vigilandum. *Omnem crede diem tibi diluxisse supremum*, ait ille.

Sic viue vt mox moriturus: sic stude, quasi semper victurus, &c.

Latet vltimus dies vt obseruentur omnes, ait Aug. in ep. Esset illa scientia malis, incentiuum delinquendi.

Pœnitentia non esset admodum bona, quia parum libera, metu mortis &c. *De his dixi, libris de finibus bonorum & malorum, quos parturio: bona tantum Lucina ope opus mihi.*

* Aliquem è cælis descendere, redire ab Inferis &c.

Luc. 16. *Habent Moysen & Prophetas &c. Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurr. credent.* Ex Fidei defectu nascitur illa tentatio.

Christum apparere in hostia, vt olim D. Eduardo Anglorum Regi, ad aliorum vtilitatem contigit. *M. Marul. libro 4. exempl c. 12*,

Optime ille, qui vocatus ad simile spectaculum, ire noluit, ne fidei meritum amitteret,

Ioan. 20. *Beati qui non viderunt & crediderunt*,

Non petam, & non tentabo Dominum.

ii. *Petendo res vtiles*, tempore non debito. Vt si quis modo desideret miracula, quorum iam tempus præteriit.

Initio cum arbusta plantantur, opus irrigatione, nulla, cum radices egêre. Fidei quoque cum nouiter transplantaretur de cordibus Apostolorum &c. in corda Gentilium, opus fuit irroratione sequentium signorum: ac nunc ea confirmata, non item.

Petendo liberari ab hoste, sed tali die &c. quasi diem præfigendo Altissimo.

Iudith. 8. Quia Ozias &c. nisi intra 5. dies &c. dixit prudenter.

Iudith. *Qui estis vos qui tentatis Dominum?*

Sermo ille non placabat Deum, sed prouocabat.

* Operando.

* Si ruis in manifesta pericula, in mare, in ignem, in puteum, in abyssum è rupe &c. Si turrim, artis expers, lucri solius gratia, aut ludo ascendis.

*Si venena sponte bibis, spe huius: *Si mortiferum quid biberint non eis nocebit.* Marci. vlt.

Si cohabitas concubinæ, ac domi foues.

Si te expodis periculo fere certo peccandi, spe nimia custodiæ diuinæ.

Si semper peccas, & impœnitens misericordiam speras. Aut, si fide sola contentus, sine operibus bonis, cælum tibi, polliceris.

2. Timoth. 2 *Nouit Dominus qui sunt eius*, præscientia, Dei (aiunt quidam) non fallitur, ideoq; siue sic, siue aliter agamus, id consequemur, ad quod prædestinati sumus. Stulti; qui non attendant, à Deo finem non prædestinari sine mediis ad finem.

1. Cor. 3. *Dei adiutores sumus.*

D. Aug. *Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te.*

Si tibi in fine vitæ prœnitentiam, ac veniam promittis. Epilogo orationis cuiuslibet; artificiosior ac difficilior huius vitæ bonus exitus.

Miraculis ibi opus multis ac maximis.

j. Iustificatio peccatoris operosior creatione mundi. Illic enim materia non restitit Dei verbo, hic vero à lib. arbitrio obsisti potest.

ii. Ordo rerum permutandus. Ordo est, vt bene ac beate moriatur. qui bene ac beate vixerit. *Pretiosa in cōspectu Domini, mors sanctorum eius* Psal. Et morte iustorum, tutum mori.

Non potest eius esse mala mors, cuius bona vita præcesserit.

Psal. 33. *Mors vero peccatorum pessima.*

Monstrum

Monstrum si caput & corpus lupi, desinat in caudam agni.

Spectatum admissi risum teneatis amici? *Horat. in Arte.*

iii. Natura peruertenda. Nam consuetudo peccandi altera natura.

Ecquis vero scit an, tempus dabitur, an motus gratiæ Dei ad pœnitentiam? Nam non est volentis, neque currentis solius, sed miserentis Dei.

Tentant quoque Deum qui peccant spe confitendi &c. se vulnerant spe curationis: Tutius non adire pericula, quam laborare, vt te expedias post ingressum.

Prou. Germanicum *Cum licet fugere, non quæras litem.*

Plutarchus in Alcibiade. Alcibiades vocatus Athenas, vt causam diceret, ait: fatuum eum esse, qui vocatus in ius, non quærat elabi, cum liceat vitare ne eat.

Negligendo.

Si quis finem vult, mediis ad finem contemtis.

Scientiam velle, spreto studio, Deum tentare est.

Qui vitat molam, vitat & farinam.

Non iacet in molli veneranda scientia Lecto.

Aut velle docere, exponere scripturas, contemptis Patribus, canonibus, studio &c. more Hæreticorum.

D, August. prologo de doct. Christiana videatur.

Eccli. 39. *Sapientiam omniũ antiquorum exquiret sapiens &c. Narrationem virorum nominatorum conseruabit.*

Dii laboribus omnia vendunt.

Cum numine dextra.

Aut suggestum conscendere, nullo præeunte studio, vt effutias nugas dignas blattis.

Quasi ideo dictum: *Dilata os tuum, & implebo illud.* Et alibi: *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.*

Matth. 10. *Nolite cogitare quomodo aut quid, &c.*

Hoc tentare Dei sapientiam.

Periculosum: ne quid fidei, bonisue moribus contrarium inconsiderate dicatur, cum summo periculo multorum auditorum figuræ simplicioris.

Philo. *Citra doctam cõtemplationẽ nihil decore fieri potest.*

Nec Demosthenes, nec Cicero vnquam orare voluerunt nisi bene præparati, olebant lucernam eorum orationes.

Rursus, Deum tentare est, velle sanitatem, sine medicinæ vsu, explosis Æsculapiis.

Anabaptistæ dicuntur tantum inniti gratiæ Dei, vt nolint vti mediis ordinatis à Deo, ad sanitatem restaurandam. Aiunt eorum ægri: Deus scit, an sanabor nec ne, ideoque procul medicinæ, procul. Si sanari debeo, sine medicina sanabor: si secus, frustra medicinæ.

At vero. *Altißimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non aspernabitur eam.*

Et: *Honora medicum propter necessitatem* dixit hebr. sapiēs. *Non est opus bene habentibus medicus, sed male habentibus* dixit ipsa sapientia.

Tentat quoque Deum, qui citra laborem ac solicitudinem viuere vult & ditari, quia dictum sit.

Matth. 6. *Nolite soliciti esse &c.*

Hoc est tentare Dei prouidentiam. Dixit vero Deus. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.*

Et Prou. *Qui vitat molam, vitat & farinam. Qui non laborat, nec manducet.*

Tentat Deum, qui vult trans flumen innabile natando ferri, cum pontem habet, aut nauim &c.

Qui è muro sublimi desilit, scalas aut gradus habens descensui, in quod genus tentationis labi Christum tentator cupiebat, vt dictum prius.

III.

Deū à volatu maxime abhorruisse.

Dignum nota. Deum abhorruisse maxime à volatu, adeo vt cum volatus quandoque oportunus & necessarius videretur, maluerit alio miraculo succurrere suis, quam volatu.

Gen. Vidit Iacob Angelos descendentes & ascendentes: sed vidit & scalam, qua descendebant.

Exod. Cum Israelitæ essent inter sacrum & saxum (vt dicitur) hostem Ægyptium à tergo, mare rubrum à fronte habentes, videbatur opportunius & expeditius ad eorū salutē, admirabiliusq; futurum Pharaoni, si gruum instar aut arundinum, totus ille sexcentorum millium exercitus (præter

vxores

vxores & paruulos) mare transuolasset, pernicitate Dædalea.

Voluit tamen pop. Deus aliter opitulari, quā volatu: Miraculo, scilicet, & natura; Miraculo, diuisis potenter aquis maris. Natura, peditante, suo more, populo.

Daniel. 14 Vt Abacuç ferret cibum Danieli, alæ videbantur opportunæ, at maluit eum Deus, ab Angelo ferri capillo capitis.

Act. Philippo deferendo ad Eunuchum non dedit alas, at Angelum, qui transferret.

Apostolis interfuturis sacro funeri B. Mariæ semper Virginis, non leguntur alæ dati, translati & rapti sunt.

Niceph. lib. 2. c. 21. Andreas Cretensis. D. Damascenus.

Dionys. Areop, de diuinis nom. c. 3. Nauigare Christus frequenter, quam semel volare maluit. Nec fuga sibi consulens volauit vnquam.

In cœlum dicitur ascendisse, non volasse.

B. Virgo Maria assumpta dicitur, non euolasse.

Rari volarunt; si qui, non sine suo magno malo.

Pennas assumpsit, volauit Simon Magus: sed plantas amisit. *D Max. homil. 5. in natiuit Apost. Petri & Pauli.*

Dædalus & Icarus, è Creta & carcere Minois euolarunt, sed *Icarus Icariis nomina fecit aquis.*

Mihi verbum volandi male sonat. Et Gallis animus volatilis, pro leui dicitur.

Isai. 60. *Qui sunt isti qui vt nubes volant?*

Apoc. 28. *Babylon facta est custodia omnis volucris immunda & odibilis.*

In tentatores Dei & temerarios.

Scriptum est, *Non tentabis Dominum Deum &c.*

Erasm. lib. 8. *apoph.* Demonax aliquando in balneis, cum refugeret ingredi aquam feruentiorem, & alius illum appellaret meticulosum: Quid (inquit) an hoc pro patria passurus essem? q. d. Nil tale adeundum præter necessitatem, & nisi pro summo bono.

Non lugentur infortunia temerariorum. Dicitur, Factum bene.

Idem in declamat. de morte. Antigonus, cum filium audisset, in extraordinario conflictu, ab hostibus interfectum, nihil aliud dixit, quam sero nimis interiisti, mi fili, qui tam temere in hostes te conieceris, neque tuæ salutis, nec meorum monitorum memor.

In vita Thomæ Mori c. 12. Thomas Morus sic orabat: Domine Deus, fac me in illis consequendis operam collocare, pro quibus obtinendis, soleo ad te orare.

NOTÆ CONCIONIS XXXV.

¶ *De tertia Christi tentatione.*

¶ Them. *Iterum assumpsit eum Diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & dixit ei: hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.*

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum:
1. *De duplici astu bellatorum, in Diabolo hic.*
2. *An assumptio ista Christi à Diabolo, fuerit gestatio: Vnde & quo gestatus: & de modo ostensionis regnorum.*
3. *De auaritia tentatione, & eius peste.*

AVE MARIA.

I.

¶ Duplex astus bellatorum huic Diabolo.

Vt citius hostis det victas manus, & abiecta hasta campo cedat:

Bellatoribus astus duo:
- *Securitatis, & patientiæ laborum ostentatio,*
- *Conditionum optimarum promissio &c.*

* Sic 1. *Reg.* 17. Goliath ridebat Dauidem, & baculum eius Pastoralem: Dauid contra: *Ego tollam hodie caput tuum à te, & dabo carnem tuam volucribus cæli.* Hac confidenti responsione territus Goliath indubie:

Iul. Frontinus lib. 3. Strat. c. 5. Tiberius Gracchus, Lusitanis dicentibus in decem annos cibaria se habere, & ideo obsidio-

obsidionem non expauescere: *vndecimo, inquit, anno vos capiam*, qua voce perterriti Lusitani, quanquam instructi commeatibus, statim se tradiderunt.

A Torquato Græcam vrbem oppugnanti cum diceretur, iuuentutem ibi studiose iaculis & sagittis exerceri, pluris eam, inquit, propediem vendam.

ij. Honestis quoque conditionibus allicitur hostis, Libertate, auro &c.

Iudith. 11. *Ego nunquam nocui viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor Regi.*

Huc spectant, Tamburlani versicoloria primis diebus tentoria &c.

Dæmon ergo semel iterumque victus, non terreri se simulat: quasi certa victoria, tertio in eundem arietat.

Vsus hactenus astu primo, Nunc secundo, primoque coniunctis.

Nunc Christo, vt se dedat, offert honestissimas conditiones, regnandi vbique, omnia possidendi &c. Astus secundus. Duos hos diaboli astus spectandos nunc exhibet Euangelista dicens: Iterum assumpsit &c. Hostis confidentiam, tertium eius in Christum impetum narrans, demonstrat. *Iterum assumpsit eum* inquit: Blanditias, ibi *Hæc omnia tibi dabo* &c. Notandi hic, qui cum maxime nocere volunt blandiuntur. *Apologus*. Vulpecula gallinā vorat, prætextu cōpositæ pacis. Felis alludit muribus morituris. Leo senio fractus, prædæ tamen adhuc auidus, animalia cætera conuocat, quasi testamentum conditurus, revera voraturus.

II.

Christus quomodo iterū assumptus.

De loco ad locum subito (vt secunda tentatione) transtulit Christum tentator.

Dici potest Diabolus fuisse vel	*Inuisibilis.*	j. nullo corpore assumpto.
	Visibilis.	j. assumpto corpore.

j. Inuisibilis gestare potuit Christum, per solius virtutis applicationem ad corpus Christi, vti arte malefica transferri non-

nonnullos certum est, qui tamen quandoque nec percipiūt gestatorem, nec se moueri sentiunt: aliquando vero moueri se sentiunt at nesciunt à quo, baiulum ac motorem nullum vident.

Angeli quid possint.

Angeli certe, nullis assumptis corporibus, continuo cælos mouent, virtutem suam ad eos applicando. Nam corpora eis nequaquam necessaria, ad rem, quæ vires requirit, sed ad visum tantum, vt scilicet videantur. Nec enim corpora assumpta eorum vires adiuuant, cum sint debilia, vt quæ aera.

*ij. Forte vero etiam corpus habuit Diabolus, & visibilis ac vere visus Christo fuit, non populo, dum Christum vel portando, vel solo digito tangendo assumpsit. Nam virtus Dæmonis non clauditur in corpore assumpto, sed diffundi potest, ita vt tangendo partem corporis gestandi, per partem corporis assumpti, applicare possit virtutem ad reliquum pondus corporis portandi, quod nō tangit parte vlla corporis sui assumpti.

Poterat ergo Dæmon, solum Christi digitum tangere, digito suo, & applicata altera virtutis suæ parte, ad reliquum corpus Christi, illum gestare.

Vel poterat rem propinquam corpori Christi tangere, non ipsum tangendo per partem corporis assumpti, & sic gestare de loco ad locum.

Daniel, 14. Sic Angelus gestat Abacuc, in Babyloniam, per capillum. Capillus autem non rumpitur pondere, quia etsi per partem tantum corporis assumpti, tangat Angelus capillos paucos ipsius Abacuc, applicat tamen virtutem, ad reliquum pondus corporis fulciendum, si per omnes capillos arripuit Abacuc, non inflixit dolorem, quem patitur is, cui velluntur capilli, quia per alias partes corporis, inuisibili virtute tenebatur.

Dæmones id posse.

*j. Magnes virtute naturali, ferrum: quod tangit, portat: & succina paleam: quidni sic Dæmon?

*ij. Concedenda eadem virtus naturalis Dæmonibus. quæ bonis

bonis Angelis; Nam naturalibus ad peccatum non sunt spoliati, etsi coerciti, ne pro libitu vtantur: equorum instar, qui etsi robustissimi, currere, quo impetu volunt, non possunt ob frænos datos.

* iii. Immo quidam malorum Angelorum, superant quosdam bonos viribus: quia aliqui ex quolibet ordine ceciderunt, & certum est superiorum ordinum Angelos, Angelis inferiorum ordinum, præualere scientia, viribus, &c. Sed cæli, vel Philosophis testibus, mouentur per intelligentias: Et qui potest cælos mouere, potest & homines multo magis: Ergo & mali Angeli homines gestare possunt, Simon Magus volare cupiens, Diabolo gestabatur.

Vnde Christi gestatio credibilis.

* Prima ratio ponendæ gestationis Christi, ab eius esurie est. Ægre enim admodum homo quadragenaria iam inedia fractus, & adhuc ieiunus, & non, nisi victor, comesturus, tantum itineris confecisset. Nam à deserto, aberat Hierusalem 10. aut circiter miliaribus.

*2. A Mystico numero ieiuniorum. Causæ graues Christo ieiunandi 40. dies, nec supra, nec infra (de quibus suo loco iam dictum,) illum autem numerum supergrederetur, si pedibus iter tantum cõficeret, homo fractus reptans potius, quam ãbulans. Quot enim dies eũdo ac redeũdo cõsumeret?

*3. Vt etiam sic pro homine duntaxat, hostis illum habeat, cuius corpus ferens, ac referẽs, itque reditq; viam toties pro libitu. pia fraus Christi, moriendi tandem desiderio.

*4. Ab hostis non vsitata superbia, quà in Deum ac Christum plura velle solet, quam licet. Quod dicit, non dedifcit superbus:

An Visibilis Christus dum gestaretur.

Christus plane inuisibilis erat, dum sic gestaretur, hoste tamen nesciente ac visibilem Christum opinante.

Voluntatis hoc Christi ac potestatis.

Decuit, ne qua inde scandalo causa,

Nam si volantem, aut aera perambulantẽ vidissent Iudæi, Magnum credituri: ac deinde doctrinæ eius minus fidei habituri erant.

Christus

Christus adhuc mortalis, sic sæpe potestate sua inuisibilem se præbuit, & obscuro gradientem se aere sepsit.

Et multo nebulæ se circumfudit amictu,

Cernere ne quis eum, neu quis contingere posset,

Moliriue moram.

Luc. 14 Præcipitandus de monte, *transiens per medium illorum ibat*.

Ioan. 8. Lapidandus, quod se Abrahamo seniorem asseruisset, *abscondit se & exiuit de templo*, inuisibilis redditus.

Ioan. 10. Lapidandus item exiuit de manib: eorum inuisibilis.

Creditus tamen hosti, visibilis Christus, idque ei maxime in votis fuit, vt vel sic Christus aura gloriæ pendulus in aere plebeculæ visus, tangeretur, aut terrore, eius animus obnubilaretur.

Obiectio prima.

Temere Christus ac insipienter, inquies, qui se manibus Dæmonis crediderit.

Periculum non vitare, cum licet, non admodum sapientis. Hosti se credere, etiam reconciliato, periculi plenum; At hosti irreconciliato & irreconciliabili Pœnoq; Pœniori; (qualis est Diabolus) vitam credere, periculi multo plenius.

Qui amat periculum, peribit in illo.

Iesus autem non se credebat illis &c.

Respondendum: pericula non vitanda Pastori, cum sunt ad salutem gregis necessaria.

Ioan. 10. *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.*

Sed necessarium nobis erat, Christum tentari & vincere, in remedium, in exemplum. Ergo

2. Aliud loqui de Christo homine Deo, aliud de nobis. Periculum esset nobis, sic nos committere Dæmoni gestandos. Nescimus enim, quid animi habeat, velit ne nos præcipitare in mare, ad rupem allidere, nec ne. Deinde nec, si malus eius animus nobis probe perspectus esset, nostrarum virium est, conatus eius frangere.

At Christus, vt Deus, intentiones Dæmonis præsentes & futuras norat, nihilq; aliud in mente Dæmonis versari, quam eum

eum in monte ferre, ibiq; tentare, certo sciebat. Et vt voluisset Dæmon in Christū noxia moliri, profecto idem, vt Deus, poterat malos Dæmonis conatus irritos reddere. Itaque secure ac sine perilo gestatio hæc à Christo admitti potuit,

Obiectio Secunda.

Sed omnis communicatio cum Dæmonibus vetita, inquit.

Resp. Dicendum Christum non pepigisse cum isto, sed permisisse ꝙ voluit, vt sic melius vinceretur ille ac plenius.

Vnde auectus Christus.

j. Christum descendisse ad pauimentum gradatim atque inde assumptum, nonnullis opinio.

ij. Alii ex pinnaculo assumptum placet. Non descendisse, verisimilius. Causæ multæ.

1. Quod Euangelistæ taceant.

2. Quod hostem sequentia moliri non ignoraret.

3. Quod si in aliquo trium murorum culmine constitutus erat, descendere non potuit, verisimiliter enim ibi gradus non erant.

4. Quod raptus subitus victoris Christi à Diabolo è pinnaculo magis conueniat victo in victorem grauiter irascendi.

5. Quod pluralitas non ponenda sine necessitate. Necessitate nulla Christo descendendi, nec vtilitas.

Quo euectus.

Matth. 4. ait. *In montem excelsum valde*, ferientem sydera vertice, vt ille ait.

Nec Caucasu: (mons tantæ altitudinis, vt, ab eo astra maiora visantur:) Nec Olympus (cuius vertex adeo attollitur, vt summa eius, accolæ cælum vocent. Vnde & Poetæ cælum Olympum vocant.

Et Lucano lib. 2. Scriptum:---- *Nubes excedit Olympus*:)

Nec atlas mons maximus in Meridie (cuius altitudine, cæli portatio in opininionem vulgi venisse videatur Aug. lib. 18. ciuit, indeque cæli columnam vocent è cuius fere medio nubes incipiunt, Hyeme & æstate niuem habentes;)

Nec Armeniæ montes altissimi (ex Genesi) sedes prima arcæ Noe; forte ad hunc montem, quicquam fuerunt. Colles forte potius illi ac tumuli, si ad istum referas.

Est autem

Est autem mons iste Euangelicus in deserto à latere montis Nebo eminentissimus, & quibusdam Abarim, id est transitum dicitur. *Deuter. 32.*

Deut. 34. Ex hoc monte ostendente Deo vidit Moyses terram Chanaam &c. ibique mortuus est.

Hunc montem non procul situm à Hierico, & distare duobus miliaribus à deserto Quarātanæ, vbi ieiunarat Christus, contra Galilæam, Scriptum reperi.

Vide Brocardum, & Marinum Venetum de terra sancta.

Item librum Dom. Ioannis Zuallart peregrini Hierosol. iam secundo editum Romæ, quem auctum infinitis locis tertio recudere meditatur Auctor, Amicus meus & familiaris.

Huic monti datum nomen (*Mons tentationis Christi*) ab hoc euentu.

Mons certe fuit excelsus valde, &, conueniens proposito Diaboli, quisquis montium fuerit.

¶ *Quo modo ostensa Christo omnia regna mundi, &c.*

* *Opinionum prima, quæ & reiicitur.*

In mappa mundi, vel in tabula, furtim, huc, aliunde, allata, Mundum Christo ostentatum, quidam putant.

Non apparet. Nam si sic: non erat opus Christum in montem ferri. In valle Mundus è tabula spectari æque poterat: atque in monte.

* *Secunda quæ reiicitur.*

Aliis placet imaginationi Christi propositum mundum.

Thom. p. 1. q. 111. art. 3. in corp. Docet Angelum posse immutare ipsam imaginationem hominis, tam bonum quam malum virtute naturæ suæ.

Natura corporalis obedit Angelo ad motum localem. Illa ergo, quæ ex motu locali aliquorum corporum, possunt causari, subsunt virtuti naturali Angelorum. Manifestum est autem quod apparitiones imaginariæ causantur interdum in nobis, ex locali mutatione corporalium spirituum, & humorum.

Vnde *Arist. lib. de somno & vig. c. 3. tem. 2.* assignans causam apparitionum somniorum, dicit quod cum animal dormi

dormit, descendente plurimo sanguine ad principium sensitiuum, simul descendunt motus. j. impressiones relictæ ex sensibilium motionibus, quæ in spiritibus sensualibus conseruantur & mouent principium sensitiuũ: ita quod fit quædam apparitio, ac si tunc principium sensitiuum à rebus ipsis exterioribus mutaretur. Et tanta potest esse cõmotio spirituum & humorum, quod huiusmodi apparitiones etiam vigilantibus fiunt, sicut patet in phreneticis & in aliis huiusmodi. Sicut igitur hoc fit per naturalem commotionem humorum, & quandoque etiam per voluntatem hominis, qui voluntarie imaginatur quod prius senserat, ita etiam hoc potest fieri virtute Angeli boni vel mali. Quandoque quidem cum alienatione à corporeis sensibus, quandoque autem absque tali alienatione. *Hactenus verba D. Thomæ.*

Certe sic phrenetici, & somniantes, credunt quandoque se hic aut ibi vere esse, vere hoc aut illud videre oculis corporeis, & vera esse quæ imaginantur.

Ne hanc opinionem probo:

Quod D. Thomas ait, nos homunciones pati possumus; At Christus etsi homo, tamen & Deus.

Greg. homil. 16 in Euang. *Omnis Diabolica illa tentatio, foris non intus fuit.*

Theophilact in 4. Luc. *Quomodo autem monstrauit? Sane quidam dicunt quod imaginationi illius proposuerit, sed opinor quod imaginationi tantum obtulerit.*

j. Quod id esset vitiatam imaginatiuam Christi ponere, quod est absurdum.

ij. Quod ab hoc, in montem ferri, nihil opus erat.

Et Iansenius ait, non satis esse pium dicere, Diabolum interiores Christi sensus commouisse; rerum apparentium nouis speciebus.

* Tertia opinio laudata.

Alii dicunt, sensibiliter ostentata omnia, sed per præstigias, omnium imagines, nouo quodam modo repræsentante Dæmone eius obtutibus, ac faciente per eas imagines omnia apparere oculis eius.

Sic Iansenius hic.

R *Sic Erasm.*

Sic Erasm. in paraph. Luc.

Theophylact. in 4. Luc. *Opinor quod sensibiliter illa monstrata fecerit ei clara.*

Potest id vterque Angelus. Potest enim opponere exterius sensui sensibile aliquod, vel à natura formatum, vel aliquod de nouo formando, sicut dum corpus assumit, vt ait. *D. Thom. p. 1. q. 111. art. 4. in corp.*

Non displicet. Nam in Christo nulla sic ponitur illusio, neque deceptio eius, cum sciret obiectas imagines esse falsas.

Quod autem Thomas in Matth. non probet, quia hoc potuisset in valle fieri, parum molestat. Nam & si in valle fieri potuerunt illæ præstigiæ, non tamẽ tam apte ad persuadendũ. Facilius e. credit qui est in monte se è monte multa videre, quam è valle. Aliquid veri, aliquid falsi hic fecit Dæmon. Verum fuit quod in monte Christum statuit: falsum fuit quod oculis eius obiecit. Versipellis verum fecit, vt falso esset loc⁹.

* *Quarta moralis.*

Origenes hom. 3. in Luc. per regna mundi intelligit peccatores, quibus dominabatur Diabolus quos Christo daturum se promittebat, si eum adorare vellet.

Nec moralis tota,

* ¶ *Quinta non improbanda.*

Chrysost. homil. 5. in 4. Matth op imperf. putat digito loca ostensa, & verbis gloriam eorum amplificatam.

Credibile sane ostensionem illam auditui factam fuisse, non visui: vel visui partim & partim auditui, quædam viderit, de quibusdam tantum audierit laudes, &c.

¶ *Ere. extra rem, de Tostato sententia.*

Cum iam huius Euangelii campum huc vsque decurrissemus, & scribendo, & viua voce pro exiguitate ingenii nostri dicendo, incidit ex insperato in manus nostras magnum Tostati volumen in Matthæum, inter cætera fusissime etiam hanc parabolam pertractantis, in quem si, Deo fauore maturius incidissemus (Deus bone) quanto ille nos labore liberasset! quam multa ex eo, velut ex Indica quadam aurifodina, docta ac splendida eruissemus! quam paruo diuitiæ nobis qualescunque hæ nostra constitissent.

Nam

Nam si ei, qui peruolarit magis, quam percurrerit scripta eius, censere fas est, (raptim enim ac furtim à me Tostatus tractatus est, ingenue dicam, nescio Domino, etsi forte non inuito) diues admodum, fusus, imo profusus fere ac prodigus, Philosophus, Theologus acutus, solidus, simplex, boni ordinis obseruans scriptor ille est, & mirum mihi, quod ego nescius illius, cum illo, sæpe & iisdem eadem, dixi sensu non verbis: sæpe ad eadem quæsita eadem responsa dedi, vno (vt arbitror) illo spiritu duos agitante, qui olim 72. sub Ptolomæo dicitur agitasse: quanquam Tostatus ille multis abundat, quæ ego tacui omnino, aut non vidi, multis ego, quæ ille aut non vidit, aut conniuens præteriit: ad mores multa vocaui, quæ ille non; alium sequutus ordinem, ac stylo vsus multum dissimili, concionatorem agens ego, ac formans, ille commentatorem: dolendum libros & capita Patrum è quibus multa sumpsit, hominem non notasse, quod nos hic pro virili fecimus. Ex hoc ergo Tostato petas licet (Lector) alias de hac regnorum ostensione sententias, præterea, quas hic tibi è nostro penu protulimus.

III.

¶ *Auaritiæ magna tentatio, & pestis.*

Omnia autem illa ostendit & promisit Christo tentator, vt cupiditate habendi accenderet, sperans in reliqua omnia scelera auarum animum facile pertractum iri. *Hæc omnia tibi dabo &c.*

¶ *In auaritiam notæ.*

Chrysost. homil. 13. in 4. Matth. *Hæc sunt quæ in se mala innumera comprehendunt, seruire ventri, inanis appetitus gloriæ quidpiam facere, ac furioso pecuniarum amore superari.*

Idem ibid. *Nihil sic Diabolo subiici hominem facit, vt inhiare opibus atque habendi amore superari.*

Leo ser. 9. de pass. *Amori pecuniæ vilis est omnis affectio, & anima lucri cupida etiam pro exiguo perire non metuit, nullumq; est in illo corde iustitiæ vestigiū, in quo sibi auaritia fecit habitaculum.*

Radix omnium malorum cupiditas.

Virg. Æneid ------ *Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?*

Timon Misantropos. Elementa malorum dixit insatiabilitatem & ambitionem.

Bion Sophista. Auaritiam omnis improbitatis Metropolim

Cic. act. 2. in Verrem. *Nihil est tam sanctum quod non violari nihil tam munitum, quod non pecunia expugnari possit.*

Caßianus lib. 7. collat. c. 6. Inextricabilem nequitiæ fomitem vocat.

Basil. in homil. in illud. Radix omnium malorum cupiditas. *Cupiditas est transgreßionis mater. magistra nocendi, primipilaria iniquitatis, auriga malitiæ, sicaria virtutum, seditionis origo, fouea scandalorum.*

Ouid. lib 1 Metam. —— *Opes irritamenta malorum.*

Catull *Auro pulsa fides, auro venalia iura.*

Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Auaro nihil scelestius

Nihil iniquius quam amare pecuniam.

Vendidit hic auro patriam 6. Æneid.

Non hospes ab hospite tutus 1. Metam.

Cic. 2. off. Apollo Pythius oraculo edidit Spartam nulla alia re quam auaritia perituram.

Ibid Caius Pontius Samnis optauit in ea tempora reseruari, quibus Roma auro delectaretur, vt imponeret eis iugum.

Pecuniæ obediunt omnia.

Philippus Macedo nullam vrbem inexpugnabilem credidit, in quam asinus auro onustus ingredi posset.

Inclusam Danaen vel turri ahenea (vt est in fab.) Iuppiter in auro imbre violauit.

Ludouicus 11. *Franc. Rex* aiebat se emere homines auro numerato cum eorum operis egeret.

Idem aiebat sæpe obtineri victoriam, cum lanceis aureis vel argenteis pugnaretur.

Cum Heluetii Alpes suas niuosas, celsissima iuga, & locum natura munitissimum iactarent, & Heluetiam his saxis circundatam vinci non posse: statim Gallus: *Facile* (inquit) *vel hi montes vel hæc præcipitia scandentur, & expugnabuntur si modo adsint bombardæ aureos globos eiaculantes.*

Cic lib. 3. Off. vox Cæsaris. *Nam si violandum est ius, regnandi gratia.*

Violan-

Violandum est: aliis rebus pietatem colas Ex Euripide in Phœnissis.

Suetonius in Iulio Cæsare §. 30. etiam refert.

Hac ergo vltima machina, tanquam grauissimo tormento bellico vtitur Dæmon, antea vsus leuioribus.

NOTÆ CONCIONIS XXXVI.

Thema. Iterum assumpsit eum in montem excelsum. &c.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum:
1. *Qua specie, & quo colloquio credibiliter hic vsus Dæmon.*
2. *Quam mendax vbique.*
3. *Rursus de malo auaritiæ, & ambitionis.*

AVE MARIA.

I.

¶ *Quæ hic species & colloquium Dæmonis.*

Vertumnus seu Proteus, olim captus (vt fingunt Poetæ) amore cuiusdam Pomonæ, in 8. circiter sese figuras transformabat.

Homer. Odyssi. 4.
Virg. 4. *Georg.*
Propert. lib 4.
Ouid. 8. *Metam.*

Quandoque in Iuuenem formosissimum & comptissimũ, quandoque in Taurum, in Leonem, in aprum, in ignem, in aquam &c.

At Proteo mutabilior Diabolus, vt fallat animas nostras, & Christum hic.

Prou. *Modo togatus modo palliatus.*

Crediderim prima tentatione formam habuisse sancti alicuius viri, Eremitæ &c.

Nunc autem in monte, apparuisse forma Regis vel Imp.

Sic olim S. Martino torquibus collũ ornatus apparuit &c.

¶ *Cur hic forma Regis, vel Imp.*

Vt ſcilicet forma propoſito & verbis eſſet conuenientior ad perſuadendū. Iactabat omnia eſſe ſua, poſſe dare cui vellet, & daturum ſi &c. At hoc regium eſt & Imp. Nam Eremitam a ut pauperem tam multa poſſidere, & dare poſſe aut velle, quomodo credidiſſet vel ſimpliciſſimæ figuræ homo?

Forte, autem ſic Chriſtum alloquutus oratione vinula venuſtula: Abunde iam tandem video, te (quiſquis es) hominem doctum ac peritum Scripturarum; & vero, quod maius eſt, etiam Dominum affectuū tuorum, ſanctum, qui nec fame, nec gloriæ cupiditate vincaris.

Cyprian. ſer. de tentat. Chriſti. *Indignum eſt tantæ auctoritatis doctorem, & inſignium operum patratorem, ignobili & contemptibili ſchemate obumbrari &c.*

Dignum eſt Philoſophos Reges eſſe aut Reges Philoſophari, *teſte Plat. Dialogo 5 de Rep. vel de Iuſto.*

Iam quis ſim tibi depoſito velamine declarauero. Scito igitur hominem me eſſe opibus potentiſſimum, Monarcham orbis, ac de omnibus regnis, quæ vides, ſtatuere poſſe pro arbitrio ſine cuiuſquam iniuria: Cui volo do. Et volo ſane hæc mea dare accedere alicui bene merito, vt curis mundi huius infælicis expeditus, Deo rebuſque diuinis tanto vacem liberius. Et vero, cui hæc æquius dedero, quam tibi, cuius facies & mores plane digni imperio? Verum enimuero, quia (vt eſt in Prou.) honores mutant mores, vt viſum eſt iam olim in Saule, Salomone &c. Nolo ſic te Regem ſtatuere, vt nemini omnino ſubſis; Me ergo ſummum Supremūq; quem penes ſumma rerum ſit poteſtas, agnoſce. Regnorum omnium Monarchiam tibi dabo, omnium vniuerſale vectigal ad te redire permittam: ſed hoc vnum à te peto, inſtar omnis tributi, vt cadens adores me. Fingit ſe eo modo velle ditare Chriſtum, quo modo olim pii Magnates monaſteria ditauêre.

Cæſare maior eris: parebit Roma &c. tantum hominem te, ac meum eſſe memento.

D. Chryſoſt. homil 13. in 4 Matth. *Sceleratus iſte, quaſi omnibus vitiis, fortiorem pecuniarum cupiditatem: poſtremo loco poſuit, ante iamquidem & prorſus ab initio certaminis idipſum meditatione parturiens; extremum vero illud reſeruans*

uans, quasi quod omnibus valentius esse iudicaret: Hic quippe mos deceptionis eius est vt quæ magis ad supplantandum idonea esse credit, hæc adhibeat extrema

Extremis morbis extrema remedia Prou.

¶ *Homo cupidus præmii, tam qui bene agit, quam qui male* ¶

Laurum vel aurum spectat athleta &c. Nemo bonus gratis.

Genes. 16. Abrahæ dixit Deus, *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.*

Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo.

Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli &c.

Et Genes. 15 *Dixit Abram Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis &c.*

Psal. 118. *Inclinaui cor meũ ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem*, ait Dauid.

Psal. 44 *Audi filia &c. obliuiscere pop. tuum &c.* ibi Labor *Et concupiscet Rex decorem tuum*; ecce præmium.

Et Matth 17 *Ecce nos nos reliquimus omnia &c. Quid ergo erit nobis?* vox Petri. *In regeneratione &c sedebitis & vos iudicantes &c* vox Christi. in regeneratione i. in resurrectione, cum magna omnium mater Terra vos refundet &c.

Iuuenal Sat. 10. *Quis enim virtutem amplectitur ipsam, Præmia si tollas?* Vel pecuniæ vel gloriæ?

Cursoribus acrior animus à spectato brauio.

1. Id hinc natum, quod virtutem nesciamus sibimet mercedem esse pulcerrimam.

2. Quod vitii nesciamus turpitudinem, virtutisque pulcritudinem.

3. Quod Dei amore non satis flagremus, amantium sudores gratuiti.

Sed nec malum mali faciunt, sine spe mercedis alicuius,

Vox Iudæ proditoris. *Quid vultis mihi dare & ego eum vobis tradam?*

Putat ergo hostis Christum hoc communi morbo laborare: & simia Dei, instar Dei Abrahamo dicentis. *Omnem, terram quam conspicis tibi dabo*: dicit: *Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me*, hostimentum.

II.

¶ *Diabolus hic, vt vbique mendacissimus.*

Diabolus mendax ab initio.

Notanda hic 4 mendacia Diaboli. | *Vnum in facto.* *Tria in verbis.*

Facto etiam mentiri nos posse dictum est sup. Mentiuntur facto, qui capita, & brachia vlcerosa, sanguinolenta ostentant, nec tamen vlcera vlla habent, &c.

Facto hic mentitur Diabolus hominem se & Regem ostentans in forma cum nec homo, nec Rex sit.

Rursus, præstigiis regna omnia offerens oculis.

In verbis Forte ea dicens, quæ supra diximus splendida mendacia.

Indubie autem mentitus, cum dixit:

* j *Omnia mihi tradita sunt.*

A Deo enim solo omnia creata, & eius omnia prouidentiæ subiecta.

Apoc. 1. *Princeps Regum terræ.*

Apoc. 19 *Rex Regum &c*

Psal *Domini est terra & plenitudo eius*

Vicit Adamum quidem Diabolus: sed quæ victi fuerunt, creata omnia non venerunt in Dominium victoris iure belli. Nam illa mutuo tantum & commodato acceperat. Iure autem belli, aliena, quæ victus habet, non sunt victoris.

Frustra Manichæi, & alii dixerunt eum Dominum rerum corporalium & inferiorum factorem & creatorem. Nam creandi potentia est vnica vnius Dei & incommunicabilis. Et deinde infinita est, Diabolus autem finitæ potentiæ, nam vincitur, ligatur. *Tob.* 8. *Apoc.* 20.

Vnde Aug. lib ad Quodvult Deum hæres. 6 46 & 70

Chrysost. hom. 5. in 4. Matth. op. imp. *Res ipsæ illius sunt, qui creauit eas, ad probationes sanctorum & peccatorum.*

Quod autem Diabolus dicitur Princeps huius mundi. *Ioann* 12. *Ioann.* 14.

2. *Cor.* 4. *Deus huius sæculi,* alibi: *rectores tenebrarum:* intelligitur

telligitur princeps & dux peccatorum, Tyrannus captiuorum, eorum qui se dediderant.

§ *Cui volo do. ea.* §

*ij Secundum Diaboli mendacium.

*j Iræneus lib 5. *Mentitur in hoc Diabolus, Cuius enim iussu homines nascuntur, huius iussu & Reges constituuntur, apti his qui in tempore illo constituuntur,*

Chrysost. homil 5 in 4 Matt 1. op. imp. *Vere non est Mundus Diaboli, neque regna illius.*

*ij. Prou. 8 *Per me Reges regnant.*

Rom. 19 *Omnis potestas a Domino Deo est.*

Daniel. 2. *Dominus transfert regna.*

Daniel. 4. *Fænum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te donec scias quod dominetur excelsus in regno hominum & , cuicunque voluerit det illud.*

Daniel. 4. Nabuchodonosor post punitionem, fatetur regnum sibi restitutum à Deo.

Hest. 6. Artaxerxes in ep. ad omnes regni sui prouincias: *Viuentis Dei beneficio, & patribus nostris, & nobis regnum est traditum, & vsque hodie custoditur.*

*iii. Deinde si verum, *Cui volo do, &c.* tolleretur rectus ordo prouidentiæ. Omnia inordinate à Diabolo administrarentur. Est tamen prouidentia Dei vsque ad passeres, & capillos, & folia.

*iiij. Rursus, si verum: *Cui volo do, &c.* Pessimis regna semper & Principatus daret, &c. vt sic vitiis accederent incrementa maiora.

Regis ad exemplum totus componitur orbis. inquit ille. Tamen multi boni Reges Ergo non ab eo.

*v. Non ditat Magos, imo semper pauperrimi sunt.

Nouit quidem thesauros omnes abditos, sed Anti-Christo seruat in ruinam. Nec Deus permittit ei dare quod vult, cui vult, ne nimis multos corrumpat.

Non potest augere pulchritudinem sortilegarum, vt iactat, imo semper deformes sunt. Vnde in Prou. *Deformis vt sortilega.*

Fumi venditor Diabolus instar Thurini cuiusdam.

Bodinus lib, 2. c. 8. Dæmonum.

Bona, benedictiones Dei sunt.

Iac. *Omne donum perfectum &c. desursum est &c.*

¶ *Hæc omnia tibi dabo, si &c.* ¶

Tertium hic diaboli mendacium. Nam vt vni dentur vniuersa, omnes nudi relinquendi, ac spoliandi.

Chrysost. homil 5 in 4. Matth. *Considera quomodo omnis promissio eius irrationabilis est, & mendax Certe vni dare nō poterat omnia, nisi ab omnibus omnia tolleret. Si autem ab omnibus omnia tolleret, à nemine adoraretur. Cum Diabolus neque ex amore neque ex timore adoretur ab aliquo, sed quia promittit diuitias aut dat.*

Omnes ergo Reges &c. coronis & sceptris exarmasset:

Omnes reddidisset Iro pauperiores.

Nam omnia vni dari non poterant, nisi omnia omnibus tollerentur.

Homo vnicus præfectus toti mundo nec est, neque fuit aliquando.

Et cum illa omnia eius non essent, omnia Christo dare non poterat.

Ioan. 8. *Mendax ab initio.*

Isai. 14. dixit in cælo mentiens. *Ascendam &c. & similis ero Altiss.*

Ibid. *Verūtamen ad Infernū detraheris, in profundū laci.*

Videbam Sathanam sicut fulgur de cælo cadentem &c.

Gen 3. Dixit in paradiso mentiens: *Nequaquam morte moriemini* Et ecce morimur.

Hic vero, *Hæc omnia tibi dabo* Cum non possit.

Hierem. 7. *Nolite confidere in verbis mendacii.*

Æsopus aiebat mendacibus hoc lucri contingere, vt cum vera dicerent, non eis crederetur.

III.

In auaritiam secunda nota.

Mentitur autem splendide, vt auarum Christum faciat, & ex auaro sceleratissimum.

Nullum .n. scelus, quo non audeat auarus.

¶ *Pater*

¶ *Pater auarus, crudelis in filios.* ¶

Cic. pro Cluentio ait quendam Oppianicum filios suos trucidâsse infantes, ne nuptias, quas cùm Sassia, propter eius opes, cupiebat contrahere, impedirent.

¶ *Mater in filios.* ¶

Cic. ibid. Narrat se tenere memoria mulierem quandam Milesiam ab hæredibus secundis accepta pecunia, partum sibi medicamentis abegisse.

Onei quoque Magii vxorem, mortuo marito ac Oppianico dato pretio, spem illam, quam in aluo commendatam continebat, vendidisse j. interemisse.

¶ *Filius in parentes.* ¶

Ouid 1. Metam. *Filius ante diem patrios inquirit in annos.*

1. *Reg.* 18. Absalon Patre Dauide regno spoliare conatur.

¶ *Affinis in affinem.* ¶

Pygmalion auarus, trucidat Sichæum sororis suæ maritū.

Virgil. 1 Æneid ---- *Ille Sichæum*

Impius ante aras atque auri cæcus amore.

Clam ferro incautum superat, securus amorum.

Germanæ

Polymnestor Rex Thraciæ, Polydorum soceri sui Priami filium, propter auri copiam, iugulauit.

¶ *Consanguineus in consang.* ¶

Etheocles & Polynices fratres, alternatim ordinati Reges Thebarum à Patre, mutuis vulneribus occiderunt.

Ouid lib. 3. Fast. Amulius Numitorem Fratrem regno expulit, & paruulos Nepotes perdendos in Tyberim deuouit.

Romulus Remum, secundum aliquos, iussit necari.

Iud. 9. Abi-melech filios Ierobaal (post mortem Gedeonis) venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobaal 70. viros, super lapidem vnum, excepto minimo qui absconditus est, vt regnaret in Sichem ante legitimos, natus ex concubina.

1. *Reg.* Athalia necat omne semen regium.

¶ *Vxor in virum.*

Eriphi

Eriphyle desiderio habendi monilis aurei, quod ferebat Adrastus Rex Argiuorum, Amphiaraū maritū suum prodidit, qui se occultauerat, ne Thebas ad bellū raperetur, quod ex vaticinio, se ibidem periturum præuideret.

Iud. 6. Dalila Samsonis promittentibus illi mille & centum argenteos quibuslibet Principibus Philistinorum, tamdiu rem expiscata est, donec resciuit, vbi lateret vis Samsonis, & prodidit, &c.

Auaritia Iudæ vendidit, prodidit, filium Dei: Auaritia Pilati crucifixit.

NOTÆ CONCIONIS XXXVII.

Them. Hæc omnia tibi dabo, si &c.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum:
1. *Cur hic non addit, (Si Filius Dei &c.)*
2. *De quo peccato tentat: & cur de auaritiâ primum: inde cur de Idololatriâ,*
3. *Qui sunt Diabolo similes.*

AVE MARIA.

I.

¶ *Cur hic non additum: Si Filius Dei es.*

Duas primas tentationes sic exorsus tentator: *Si Filius Dei es*: nunc cur nihil tale addit?

¶*Opiniones duæ.*¶

*j. Prima dicit, ideo quod illum iam nosset esse Deum. Non verisimilis.

*1, Quod nihil ad huc factum aut dictum, vnde nosci posset, illum hominem esse Deum. Lapides non versi in panes: non ruit è pinnaculo illæsus: de se vt de homine puro vtrobique locutus.

*2. Ab immutabilitate Dei. *Ego Deus & non mutor.* Decretum Medorum atque Persarum &c.

Quod semel Deus probauit, non improbat: Sed ab æterno probabat. Diuinitatem suam occultari Diabolo, donec crucifixa esset humanitas. Ergo. *3. Abo-

*3. Ab omnipotentia Dei. Non est minoris secreti Deus quam homo: Sed homo potest volita cordis sui occultare, Dæmoni: Ergo & Deus. Si voluit & potuit, ergo cælauit.

Ergo Diabolus nesciuit hîc eum esse Deum.

*4. à tentationis iteratione, & grauitate: Si nôsset Deum, non tentasset amplius ex timore. *Credunt .e. Dæmones, & contremiscunt,* ait Iac. Sed ecce rursus tentat, & grauiter. Ergo.

*5. à qualitate tentation is: Si Deum sciebat esse, frustra conditori offerebat bona sua: frustra Deum tentabat ad adorationem alterius, vt Dei. Ergo.

¶ *Secunda opinio.* ¶

Aiunt alij, ipsum id omittere, quod iam credat Christum purum hominem. Horum opinio mihi verisimilior.

Quod hæ tentationes vltimæ sint propriæ hominum tantum.

Hominis.n. est auarum esse, idolatram esse. Miraculorum exhibitio antea postulata, erat opus Dei.

II.

¶ *De auaritiâ tentat hîc Christum Diabolus:*

Diabolum tentare ad auaritiam Christi animum, communis opinio.

D. Gregor. homil 16 in Euang.

Chrysost. homil. 13 in 4. Matth.

Idem homil. 5. in 4. Matth op. imp. *Dixit apud se tria hæc retia habeo extensa super omnem mundum, vt quisquis euaserit de retibus gulæ, incurrat in retia vanæ gloriæ: qui euaserit de retibus vanæ gloriæ, incidat in retia auaritiæ. De his autem tribus retibus nullus hominum ad perfectum euasit; non integer, sed contritus euasit. Hic autem retia ventris disrupit retia vanæ gloriæ transiuit Vonam et nunc retia auaritiæ, ostendam illi omnia regna mūdi. Si concupierit ea, scio quia homo est, &c. et si autem contempserit ea, scio quia Filius Dei est.*

¶ *Tentat & de Idolatria, ac maxime.* ¶

Secundo

Secundo tentat de Idolatria. *Si cadens adoraueris me*, Idolatria finis, & scopus, Auaritia medium.

¶ *Cur primo de auaritia rationes.* ¶

1. Ex parte Christi. Vt ipse omni tentationum genere agitatus, omnes vinceret, & omnes vincendi artem perdoceret. Sed omne quod in mundo est, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ: & iam concupiscentiam carnis primo vicerat, superbiã autem vitæ secundo. Vltimo ergo concupiscentia oculorum vincenda restabat.

2. Item: vt auaritiam vincens, pro Adamo & Eua auaritia victis, satisfaceret. Auari enim fuerant.

Secundũ nomen licet auaritia videatur solum ad pecuniã pertinere cum dicatur auarus quasi auidus æris, & philargyria grece, sit amor argenti, tamen extenso nomine, verum est illud Greg hom. 16. in Euan. *Auaritia non solum pecuniæ est sed altitudinis. Recte enim auaritia dicitur, cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad auaritiam honoris rapina pertineret, nequaquam Paulus de Vnigenito Dei Filio diceret: Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.*

D. Aug lib. 3. de lib. arb. c. 17. *Auaritia, quæ phylargyria dicitur non in solo argento vel in nummis, vnde magis nomen duxisse resonat (argento .e. nummi, vel mixti argento frequentius apud veteres fiebant) sed in omnibus rebus, quæ immoderate cupiuntur, intelligenda est, vbicunque omnino plus vult quisque quam sat est.*

Adam & Eua plus voluerant, quam sat erat, audientes, *Eritis sicut Dii*. Et scientiæ auaritia laborarant audientes: *Eritis scientes bonum & malum &c* Genes. 3. Ergo vt auaritiæ peccatum, contemptu regnorum à Christo vinceretur, de auaritia etiam tentandus fuit dispensatione diuina.

¶ *Rursus in auaritiam nota.* ¶

3 Ex parte Dæmonis. Quod auaritiam latam esse viam ad idolatriam & maxime aduersari cultui diuino intelligeret.

j. Paulo vocatur auaritia, *Idolorum seruitus* Ephes. 6. quia auarus adorat aurum suum, sperat in eo, vt in Deo, vix audet attingere, instar sacrorum, & reliquiarum.

Non

Non alius Deus est, sola Vna pecunia seruat,
Hanc ardenter amat, solamque exorat auarus. ait quidã.
Et genus & formam regina pecunia donat: ait alius:
ij. *Magna mater est hæreseon.*
Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide.

Scribæ, Pharisæi, & sacerdotes auaritia excæcati noluerunt in Christum credere. Docuerunt melius esse offerre templo munera, quam parentibus succurrere, &c.

Auaritia militum resurrectionem Christi fere occultauit.

Isid. in lib. illustrium Virorum. Osius Cordubensis Ecclesiæ Episcopus, metuens ne senex & diues damnaretur consensit Arrianis.

Lutherus lucelli occasione ex indulgentiarum proclamatione & collectis priuatus, has hæreses nostri temporis somniauit.

iij. *Mater sacrilegiorum.*

Dyonisius Syracusanus fanum Proserpinæ spoliauit Locris.

Cic. de nat. Deorum lib. 3.
Ælian. var. hist. lib. 1.
Valer. lib. 1. c. 1.

Idem Ioui Olympio magni ponderis aureum amiculum detraxit, quo eum Tyrannus Hiero è manubiis Carthaginensium ornauerat, iniecitque ei laneum, dicens æstate graue amiculum aureum esse, hyeme frigidum, laneum autem ad vtrumque tempus anni aptius. *Ibid.*

Idem Epidauri, Æsculapio barbam auream detraxit: dicens, non decere patrem Apollinem imberbem, filium vero barbatum conspici.

Mensas aureas atque argenteas sustulit. Victorias aureas pateras & coronas, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, tollebat, & eas se accipere, non auferre dicebat, perquam stultum esse argumentando, à quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle sumere.

Cæsar templa Deum donis referta expilauit.

2. Machab 3. Heliodorus cubicularius Regis Seleuci, iter aggressus est, & conatus ærarium templi spoliare.

Puta ui

Putauit ergo Dæmon viam regiam ad Idolatriam esse auaritiam, quæ sic aduersatur cultui diuino, constanti fide & reuerentia.

¶ *Cur de Idolatria etiam tentat.* §

* 1. Quod grauissimum omnium peccatorum, ex genere suo j. Cætera peccata aliquo modo repugnant Deo, i d non totaliter, nec directè: Idolatria autem totaliter & directè.

Vt sunt crimina læsæ Maiestatis, inficiari Regem esse Regem, alium Regem in codē regno adorare more Magorum: ita læsæ Deitatis crimen, alium Deum à vero adorare, quod est verum Deum tollere, quia possibile non est plures esse Deos.

2. Ratione obiecti, quia directè est in Deum, & in legem Dei. Nam alia sunt quidem in legem Dei, sed non in Deum, nisi inquantum est legislator. Idolatria est in legem, quæ prohibet alios Deos adorari: & in Deum, quem tollit creaturam Deificans.

3. Quia in primam tabulam est, & in primum præceptum illius. Peccatorum autem grauitas etiam attenditur secundum tabulas, iuxta Thomam in summa.

* 2. *Desiderio* humiliandæ naturæ humanæ; cui gloriam paratam inuidet, sollicitat Christum ad Idolatriam.

* 3 *Antiquo suo more,* quo Deum, in omnibus, instar Simiæ, conatur imitari.

Simia, quicquid feceris, imitari vult: ocreas induens pice infectas, capi dicitur à Nautis, dum improbe ocreatos conatur imitari.

Diabolus Simia Dei. Vidit olim in cælo Deo flecti omne genu, voluit fieri similis Altissimo.

Vidit in terra Deum coli altaribus, sacrificiis &c. & ipse mox induxit idolatriam, sacrificia &c. etiam ante diluuium, *vt diximus in Acad. peccatorum tom. 1. in illud Luc. 15. Et ait adolescentior &c.*

Et hic quoque vult adorari instar Dei.

* 4. *Innata superbia,* qua semper honorem ambit: nullus autem maior honor Latria.

D. Aug. lib. 10. ciuit. c. 19. *Non enim cadauerinis nidori-*

bus

lus Diabolus sed diuinis gaudebat honoribus nec cuiuslibet corporis fumo, sed supplicantis animo delectabatur.

III.

Multæ Diaboli Simiæ.

*j. *Iactabundi*, facta atque infecta canentes, habitis & non habitis elati, vt maiores fiant, & admirabiliores.

Hester. 1. Assuerus fecit grande conuiuium, vt ostenderet diuitias regni sui, &c.

3. Reg. *Minimus digitus meus crassior est &c.*

Pompeius iactabundus aiebat, si terram pede concussero: totum mundum ad arma prouocabo.

Numa Pompilius ad fidem legibus suis conciliandam, iactabat se cum Egeria Nympha habere colloquium, seq; ipsius dictamine scribere.

Lycurgus Lacedæm: se ab Apolline excipere.

Illi quoque qui in vestimentis auro multo rutilant, sed sæpe ære alieno grauantur, & vix atro pane domi pascuntur. Dicas eos, si eorum exteriora, fimbriatas auro vestes, & vestimenta auro & argento intertextis grauia tantum videas, Cræso ditiores, aurifodinas Indicas habere domi: cum tamen animam debeant.

Corui plumis pauonis induti. Cornicula plumis alienis ridicula, Pyxides vacuæ, titulis speciosæ. Equi imbelles bene phalerati.

* ii. *Multa, promittentes*, aureos montes &c. sed pauca præstantes.

Hæc omnia tibi dabo si &c.

Horat. in arte. *Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum, &c.*

Quid dignum tanto ferat hic promissor hiatu?

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Prou. 25. *Nubes & ventus & pluuia non sequentes vir gloriosus, & promissa non complens.*

Phocion aiebat: Non magna dicere, sed magna facere oportet. Quidam habent os magnum, linguam maiorem, maxima promittunt: paruas habent manus, nihil præstant.

Nubes sine aqua.

S Arbo-

Arborum cupressus procerissima infructuosissima.

Plutarch. tom. 1 Vit. in Æmylio Paulo Antigonus Rex Macedonū hoc nomine male audiit, dictusque est Doson, id est daturus, quod magna promittens parua præstaret &c.

iii. *In matrimoniis contrahendis fallaces*, dicentes sua, quæ non sua, posse dare, quæ non possunt (*Cui volo do* ait Dæmon) promittentes, se hæc & hæc daturos, si matrimonio iungantur vxores (*Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me &c*) At Matrimonio consummato inueniuntur debita pro thesauris, dādi & alienandi impotentia: vel si potentia, defectu voluntatis tamen aut mutatæ, aut olim fictæ, miseris vxoribus nihil datur. Hoc Dæmonum opus.

¶ *Liber à promissis præstandis.* ¶

A promissis tamen liberatur aliquis,

1. Si promisit illicita, vel non sua.

In male promissis rescinde fidem, in ore est omni pop.

Promittendo peccatum est: rescindendo officium, Sic Herodi iusiurandum suum rescindendum fuit.

2. Si mutatæ conditiones. Promittimus *Stantibus rebus vt nunc*, vel vt sic. Si ergo mutatæ conditiones personarum, aut negotiorum, licet rescindere.

3 Cor. 1. Apostolus non adiens Corinthum vti promiserat, non peccauit, propter impedimenta.

Ionæ c. 3. *Adhuc 40. dies & subuertetur Niniua*, Stantibus rebus vt nunc: mutatæ res, Deus absolutus à minis implendis.

Vxori futuræ promisi dotem, & hæc & hæc si casta, si fida &c. mutatæ res, facta est adultera &c. quis dubitet absolutum maritum?

iiij. Qui volunt coli, adorari, vt Semidei. Hæc latius crastino die, quod hora præuenerit.

NOTÆ CONCIONIS XXXVIII.

Them. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.

Facta repetitione sic propositum.

Dicendum

Dicendum:
- *1. De quorundam aliorum regnorum offensione, & de vilitate peccatricis animæ:*
- *2. Cur dictum (In momento:) quid sibi vult vox ostendendi: quid quod dicitur (Ostendit gloriam eorum:)* de Regibus & præfectis.
- *3. Qui similes sunt Diabolo.*

AVE MARIA.

I.

Quæ regna Christo ostensa.

Orig. hom. 30. in 4. Lucæ. Putat, Dæmonem non ostendisse Christo regnum Persarum, aut Romanorum, &c. sed ostendisse peccatores, in quibus regnabat per peccatum, & quot erant peccatores, tot fuisse regna.

Ac fere sic dixisse Christo: Venisti in mundum, vt redimas istos tibi multorum laborum perpessione: Sed si libet, non opus tot laboribus: viliori pretio à me redimes, si voles, tantum me adora.

Beda tom. 5. in 4. Matth. non reiicit: & putat etiam peccatores fuisse illa regna quæ ostendit.

Non male regnum quiuis homo, cum quiuis homo dicatur microcosmos.

Animæ peccatricis vilitas quanta.

Hæc si vera opinio, Nota.

j. Omnem peccatorem mancipium esse Diaboli, heri importuni, crudelis, & dantis ignes æternos seruis pro mercede.

Luc. 15. Peccator prodigo miserior. Homo homini seruiebat: male pascebatur vix siliquis porcorũ, attamẽ non legitur, cæsus, tortus post labores: At peccator seruus est Diaboli, non fruitur vlla requie (*Seruietis diis qui non dabunt vobis requiem*) vix siliquis inanium voluptatum pascitur, tandem finito die vitæ, cæditur, torquetur in Inferno &c.

Iob. 41. *Ipse est Rex super omnes filios superbiæ.*

ij. Peccatorem in manu esse Diaboli, vt de eo pro arbitrio ac libidine statuat (*Omnia mihi tradita sunt, & cui volo do ea:*) Ius vitæ & mortis habet.

Ep. Cor. *Corinthius traditus in interitum Sathanæ &c.*
Simus ergo potius, *Deo nostro regnum*, quam tam malo Domino.

Censura in Origenis expositionem.

Moralis hæc Origenis expositio, non historica nec literalis. Nam si de peccatoribus tantum locuturus erat, in valle æque id poterat atq; in monte. Item in pinnaculo poterat. Sed assumptio Christi in montem excelsum valde, innuit Dæmonem aliquid corporale, regna visibilia, & Prouincias voluisse, quasi è specula, ostendere Christo.

II.

Cur dictum: In momento.

Plane mihi notatu dignum, addi à Luc. c. 4. *Ostendit illi omnia regna orbis terræ, in momento temporis.*

Mundi tempora momentum.

Referri quidem videtur ad celeritatem, qua vsus est Dæmon in ostensione regnorum (vnde quidam fingunt Christũ transuectum à Diabolo per totum mundum, vt cito omnia oculis percurreret) at mauolunt doctiores referre ad breuitatem & durationem paruam rerum temporalium.

D. Ambros. lib. 4 in c. 4 *Bene in momento temporis ostendit illi omnia regna mundi: Non enim tam conspectus celeritas indicatur quam caducæ fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa pratereunt, & sæpe honor seculi abiit, antequam venerit. Quid enim seculi potest esse diuturnum, cum ipsa diuturna non sint secula?*

V. Beda tom. 5. lib. in 4. Luc. Habet ipsissima verba.

Vti punctum minima pars lineæ: ita momentum minima totius temporis. Annus in menses: menses in hebd. hebdomadæ in dies: dies in horas: horæ in momenta diuiduntur: particula temporis, momentum: Momentum est omne regnum, omnis honor, omnis voluptas.

1. Cor. 15. *In momento, in ictu oculi &c.*

Psal.

Psal. *Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna, quæ præteriit.*

Psal. *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.*

Finge promissos annos mille ad regnandum, ad epulandum &c. ad æternitatem gloriæ & pœnæ, momentum est.

2. Cor. 4. *Illud enim quod in præsenti momentaneum est, & leue tribulationis, &c. æternum gloriæ pondus operatur.*

Quæ non videntur æterna

Ostendit ei momentanea, vt falleret: Christus tibi æterna, vt saluet. O æternitas!

Gregor. *Momentaneum quod delectat, æternum quod cruciat.*

1. Cor. 7. *Præterit figura huius mundi.*

Orbis totus punctum.

Græce apud Lucam est ἐν στιγμῇ id est puncto. Dignum nota.

Punctum sunt omnia regna, etsi essent æterna.

Punctum dicitur tota terra à Mathematicis. Quanquam igitur posset terra tota vnius esse, quod non contingit, tamen cuncti vnius Regem esse vnicum, non grande miraculum.

Macrob. lib. 2. de Somnio Scipionis. *Ideo terræ breuitas tam diligenter asseritur, vt paruipendendum ambitum famæ vir fortis intelligat.*

Seneca in præfat. lib. Nat. quæst. *Punctum est hoc totum, in quo nauigatur, bellatur, & regna disponuntur. Si quis formicis daret intellectum hominis, nonne & illæ vnam aream in multas prouincias diuiderent.*

Iob. 20. *Laus impiorum breuis, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.*

Locus Apostrophæ ad Reges. Cur ergo pro puncto, tot arma, tot enses? Cur innundant sanguine fossæ?

Semisepulta virum curuis feriuntur aratris Corpora?

An tanti punctum emendum?

Cur pro momento, regno tam parui temporis tam multa peccata, rapinæ, cædes &c.

Ah!

Ah! *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, anima vero suæ detrimentum patiatur.*

(*Ostendit*) vel demonstrauit non frustrà dictum. ¶

Ostendo, sonat quasi dicas os, hoc est speciem seu rei faciem tendo, id est demonstro, Hominis autem pulchritudo in facie.

* j. Ergo pulcra mundi aperuit Christo, turpia & verecunda velauit: sæpe autem amatur deformis, cicatricosa, putrida corpore, ob faciem pulchram, quæ sola detegitur. Mundi faciem & pulcra, etiam ostendit nobis tentator, vt amemus, occultat turpia, ne resiliamus,

*ii. Deinde ostendit .j demonstrauit, laudauit, orationē habuit apud Christum in genere demonstratiuo de Mundo.

Dixit quicquid ad laudem & commendationem mundi, facere videbatur.

Demonstrauit, argumentis notissimis, & quam potuit firmissimis, ad mundanæ pulchritudinis cognitionem perducere conatus est. ἀποδείκνυμαι græci dicunt.

¶ *Gloriam mundi solam ostendit Dæmon hominibus.*

Non otiosè additum: *Et gloriam eorum.* Scilicet ostendit, id est spectare iussit, & dicendo amplificauit, fumi venditor.

Callide, tantum gloriam, non solitudines, non odia, non pericula ostendit. Exteriora non interiora. Læta, non tristia imperiorum.

Isai. 39. Ezechias nuntiis Babyloniorum ostendit thesauros suos.

Hester 1. Assuerus in conuiuio diuitias regni sui.

Vermem hamo tegendo circumposuit, etsi Christo non imposuit.

Forte dixit: Gloriosum est salutari ab hominibus in foro: habere primos accubitus: genua flecti, capita detegi regibus: omnes ad nomen regium tremere: pulcrum Diademate coronari, mitra Pontificia insigniri, sceptrū aut baculum pastoralem gerere, gemmis & auro, soli ipsi inuidiosum esse, &c.

Vete-

Veterator nullam fecit mentionem		Nam	
	1. Solicitudinum,		*Qui praeſt in ſolitudine*
	2. Periculorum,		*Arbores & turres altas feriūt fulmina, &c.*
	3. Odiorum.		*Multis terribilis caueto multos,*
	4. Iudicii Dei &c.		*Erit anima tua pro anima illius.*

Leuit. Iubet Deus animalia ſibi oblata excoriari.

Excoria ergo regna, & introſpice, qui ambis regna & imperia &c.

Tob 6. *Exentera piſcem, & cor eius, & fel, ſunt enim hae neceſſaria ad medicamenta.*

Fac anatomiam, intus videbis ilia ſolicitudinum, periculorum, odiorum &c. Aperiendæ pixides, vt videantur vel aromata, vel venena latentia: deponendæ equorū fallaces phaleræ.

Exod. 25. Videndum, an arca veſtita ſit auro intus & foris.

Apoc. 17. Mulier in Apoc. quæ Babylon magna vocatur, habuit poculum aureum quidem, ſed plenum abominatione & immunditiis.

In melle fel: *Armat ſpina roſas: mella tegunt apes.*

Introſpexerat ilia regnorum Rex ille, qui oblatum ſibi Diadema (priuſquam capiti illud imponeret) diu dum attente conſiderauit, ac tandem adiecit: O nobilem magis, quam fælicem pannum, quem ſi quis penitus cognoſcat, quā multis ſolicitudinibus, periculis, & miſeriis ſit refertus, ne humi quidem iacentem tollere velit. *Valer. lib. 7. c. 2. Stob. ſer.* 47.

Laert. lib. 6. & Eraſ. Alexander epiſtolam miſerat ad Antipatrum, per quendam nomine Athliam, quumque id temporis adeſſet forte Diogenes Cynico more dixit: *Athlius ab Athlio, per Athliam ad Athlium.* Athlius autem græce miſerum ſonat, multiſque laboribus afflictum, vnde & Athletes nomen. Senſit ergo Philoſophus principes ob ambitionem aſſiduis bellis tumultuantes vere miſeros, &c. nec non illos, qui eorum cupiditatibus ſeruiunt.

Antigonus Macedoniæ Rex regnum vocabat splendidam seruitutem.

Qui maior est vestrum sit vester minister.

Pontifex summus dicitur *seruum seruorum Dei.*

Quidam introspiciens curas Papatus, aiebat se, si quid vellet mali hosti acerbissimo, optaturum ei Papatum, ob onus & molestias scilicet. *Fr. Petrarch.*

Poma speciosa, sed acerba: poma bene colorata, putrida, qualia Sodomia.

Modi duo Diabolici perueniendi ad Præfecturas, &c.

Si cadens adoraueris me; Cadendo, & adorando Diabolum, sæpe ambiuntur Præfecturæ.

Cadendo. j. peccando sæpe, vel {
- *Adulando*, More Absalon. 2. Reg.
- *Munera & largitiones exhibendo*, instar vet. Rom.
- *Libertatem, immunitatem promittendo*, instar Hæret.
- *Cædibus*, vt sæpe Romani Reges, Iehu, Abimelech filius Ierobaal, qui 70. fratres occidit. Iud. 9.
- *Multa contra conscientiam agendo, dissimulando, &c.*

Adorando { *Bonos* / *Malos.* }

2. Reg Absalon amplexatur, adora venientes, de Patris negligentia quæritur, vt demulceat pop.

Ambros. lib. 4. in 4. Luc. *Ambitio vt dominetur aliis prius seruit. Curuatur obsequio, vt honore donetur.*

III.

Multæ Diaboli simiæ.

j. Qui volunt adorari, titulis magnificis excipi, osculis manuum, &c. adulationibus onerari, &c. omnia dantes officia beneficia parasitis & adoratoribus suis d. *Hæc omnia tibi dabo si cadens ador.*

Iis ve-

Iis vero qui non possunt aut nolunt sudare cum æstuante nihil fidei habēt, nō eos promouēt, etsi alioqui meritissimos.

Daniel 6 Darius nullum Deum, præter suum toto triduo voluit adorari.

Nabuchodonosor voluit statuam suam adorari, noluerunt tres pueri Hebræorum, proiecti sunt in fornacem. Non adulantes in fornace tribulationis exercentur.

Hester. 3. Aman crucem erigit Mardochæo, nolenti eum adorare.

Melius Alexander Magnus qui librum Aristoboli historici de rebus Alexandri adulatorium proiecit in fluuium Hydaspen, addens autorem digniorem, qui proiiceretur, vt qui fingeret Alexandrum configere iaculo Elephantem, *Erasm lib. 8. Apoph*

*ii. *Hæretici*, qui se & sua dogmata volunt adorari, vt Deos, vt Deorum oracula, vt purū Dei verbum.

D. Hierony in c. 2. Isai. in illud: Et repleta est terra eius idolis, opus manuum suarum adorauerunt, &c.] *Possumus & hoc dicere quod omne dogma contrarium veritati, adoret opera manuum suarum.*

Vincent. Lyrin. aduers. Hæres. *Noua dogmata Vetus testamentum allegorico sermone, Deos alienos appellare consueuit, eo quod sc. ita Hæreticis ipsorum opiniones sicut à Gentibus Dii sui obseruentur.*

Idem exponens illud Deut. 13 Si surrexerit in medio tui Propheta &c *Qui sunt Dii alieni, nisi errores extranei. quos ignorabar? id est noui, & inauditi quos præterea prædicari permittit Deus, vt nostram in charitate constantiam, & quā salutifera Catholica doctrina adhæreamus, probet.*

Volunt de suis dogmatis dici. *Ipse dixit &c.*

Plato. *Filiis Deorū absque demonstratione credendum est.* Promissis etiam solicitant: *Hæc omnia tibi dabo si &c.* Promittunt gratis vitam æternam, promittunt Abbatias, præbendas & c iis qui ad eos ab Ecclesia Rom. transfugere velint.

*iii. *Simoniaci illi*, qui nihil non dant, vt fiant Abbates, Canonici &c.

2. *Machab. 4.* Iason ambiens summum sacerdotium, promisit Regi Antiocho trecenta sexaginta talenta argenti.

Act. Simon Magus pecunia vult Apostolos corrumpere.

Nonnulli Parasito nescio cui dicunt. *Hæc omnia tibi dabo, si adoraueris.* j. adorari feceris *me*, promouendo ad hoc ad illud.

Virtute ambire oportet non fautoribus,
Sat habet fautorum semper qui recte facit. Plaut. in Amphi.

Hinc lachrymæ: *Latalisq; ambitus orbi*

Plaut. *Ambitio tam more sancta est, libera est à legibus.*

Illis fides est: quibus est res in manu.

Iliacos intra muros peccatur, & extra.

Peccant illi petendo, alii largiendo.

Nonnulli dignitatum nimium sitientes, agunt munerib⁹. d. *Hæc omnia tibi dabo &c.* Interim ieiunat subditus, & Lazarus.

D. Ambr. li. 4. in 4. Luc. *Caret ambitione religiosa deuotio.*

NOTÆ CONCIONIS XXXIX.

Them. Tunc dicit ei Iesus, Vade Satana: Scriptum est enim Dominum Deum tuum adorabis, &c.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum:
1. *De lectione varia responsi Christi: & de significato responsi huius, atque efficacia.*
2. *De documentis duobus inde elicitis.*
3. *Cur non mox reiectus tentator adoriens.*

AVE MARIA.

I.

Varia lectio, & significatum responsi Christi.

Lectionum hic diuersitas.

*i. Plantini Biblia correcta à Louaniensibus habent in textu: (*Vade Satana*) tantum.

Orig. homil. 1. sic etiam legit, non addens (*retro me.*)

Chrysost

Chrysost. homil. 13. in 4. Matth. hunc enarrans locum non addit hæc verba.

Erasm. annot. in 4 Matth. putat additum in græcis codicibus vulgatis ὀπίσω μου σατανᾶ.

Origenes autem homil. 1. annotat hanc differentiam, Petro dictum esse, vade post me (Matth. 16.) Satanæ tantum dictum *abi*, quod prius illud competat, in discipulum, iuxta illud: *Venite post me, faciā vos fieri piscatores hominū.* Posterius conueniat in eum, qui tantum reiiciendus esse, non etiam ad morem gerendum inuitandus, vt qui obstinatus.

* ii. Lectio quorundam est (*Vade retro Satana*) id annotarunt Louanienses in margine Plant. edit.

Arias Mont. in Græcolat. test. Plantini, legit: ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ: *Abi post me Satana.*

Chrysost. homil. 5. in 4 op. imperf. addit (*retro*)

Annotator in 13. homil. Chrysost. in 4. Matth. ait in margine) ὀπίσω μου haberi in vtroque codice regio.

Apud Theophylact. adduntur.

Iust. martyr. colloquio cum Tryph. legit (*Abi post me Satana.*

Vtra Melior.

Erasm. annot. in 4. Matth sic. Nostris exemplaribus hac in parte assentiendum puto, quod coniiciam eas voces, ex altero Matth. loco, huc additas à Scriptore memori scioloque.

Assentior, præsertim quia Origenes causam dedit, cur non ita dictum sit.

Notandum tamen illam aliam lectionem, quæ addit (*retro*) tolerari, & habere sensum non malum, vt dicemus.

Significatum responsi Christi.

Iraneus lib. 5 in hæreses. Sathanas hebraice idem quod Apostata.

Iustinus martyr colloquio cū Tryphone longe post med.] *Satan Iudæorum Syrorumq; lingua desertorem significat. Hæc autem vox Nas, quod interpretatur serpens, Ebrais idem quod Sata valet, Ita ex vtroq; vnū vocabulū componitur Satanas.*

Vade

mersionum in aquas, &c: quas olim in tali & tali vrbe tolerasti, ob simile nefas? iterum relaberis? Cogita retro acta &c. Id enim multum potest ad compescendam nequitiam.

Non est autem sensus, sequere me à tergo, sed quia Satan significat non qualitercunque aduersantem, sed velut obsistendo, coram, & ante faciem, ideo alludendo ad vocabulum Satan, iubetur secedere vel abire post tergum, vbi non possit obtinendo, agere aduersarium facie ad faciem: quo significatur metaphorice, imperari, secessum, & reluctationis finem, sumpta metaphora à similitudine corporalis situs, aduersantis, qui ante faciem stat: & eius, qui non aduersatur nec obnititur, qui esse à tergo solet.

Huic autem verbo, quo hostis victus fugatusque est (*Vade Satana*) crediderim vim magnam inditam ad vincendas tentationes: sicut postea Cruci, qua victoria tota completa est.

II.

¶ *Duobus documentis grauidum hoc Christi responsum.*

Dicit ei Iesus: Vade Satana.

Prima vox, vel sola, indignationem sonat loquentis: Altera, improperium iustum est in desertorem & apostatam.

¶ *Cur Christus hic iratus, & improperiis vsus, cum in cæteris duabus tentationibus placidissime egerit?* ¶

j. *Resp.* In cæteris tentationibus nihil derogatum Deo. Nam miracula à Filio Dei poscere non simpliciter malum.

2. Adde Diabolum nescire certo Christum fuisse Deum, etsi fortis illi suspicio esset; & sic hominem tentabat magis, quam Deum.

*3. Item nihil diuinum sibi arrogabat. Ideo patiens Christus.

In vltima vero diuinos honores sibi arrogabat, derogabat Patri Christi Iesu, ideo arsit ira iusta. Stemmata Patris extinguebat, dicens 1. *Omnia sua.* 2: *Posse dare se, cui vellet*: 3. adorationem ambiens.

Adde

Adde quod Agnum hunc mansuetum pro libito semel atq; iterum tractans Dæmon, patientem sensit, importunus sensit iratum, & cornu ferientem.

Chrysost. in 4. Matth homil 13. *Quia iam in Patrem ipsum nequissimus peccauerat, omnia quæ illius sunt sua esse dicendo, ac plane se Deum studeret profiteri, quasi cunctorum esset Creator, tunc eum iam vtique corripit.*

Q. d. Christus. Tune scelerate Patris mei stemmata, & insignia, vsurpares? tu in familiam Trinitatis irreperes? Tu Deum tolleres, te Deum faciens? &c.

Non patiar, vade, fuge, hinc plagiarie, &c. *Cade Sathana.*

Chrysost. homil. 5. in 4. Matth: op. imp. *Adhuc vide cum Christus in prima tentatione passus fuisset tentationis iniuriam, &c. non est exasperatus, nec in increpationem vel obiectionem eius est excitatus, sed sustinuit & mitis permansit, tamen contra verba tentationis congrua dedit exempla. Similiter & in secunda quamuis esset iniuriatus, &c. turbatus non est, nec increpans ei dixit, Vade retro Sathana. Nunc autem quando Diabolus, Dei sibi præsumpsit honorem dicens. Hæc omnia tibi dabo si pro. ado. me, & hoc quæsiuit sibi fieri à Christo, quod soli Deo fieri debebatur, exasperatus est, & iratus est, & increpauit eum. & repulit D. Vade retro Sathana.*

¶ *Documentum hinc primum.* ¶

Idem. *Vt nos illius discamus exemplo nostras quidem iniurias illatas ab impiis, siue in dicto siue in facto magnanimiter sustinere. Dei autem iniurias, & contemptum, nec vsque ad auditum sufferre. Quoniam in propriis iniuriis esse quempiam patientem, laudabile est, iniurias autem Dei dissimulare, nimis est impium.*

Sic fere etiam Hierony.

D. Gregor. homil. 16, in Euang. *Tentatus à Diabolo Dominus sacri eloquii præcepta respondit, & qui eo verbo, quod erat tentatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem suæ potentiæ non ostendit, sola diuinæ scripturæ præcepta edidit, quaten⁹ nobis suæ patientiæ praberet exẽplũ, vt quoties à prauis hominib⁹ aliquid patimur, ad doctrinã excitemur poti⁹, quam*

quam ad vindictam. Pensate quanta est patientia Dei: & quanta est patientia nostra. Nos si iniuriis, aut aliqua læsione prouocamur, furore permoti, aut quantũ possumus, nosmet ipsos vlciscimur, aut quod non possumus minamur. Ecce aduersitatem Diaboli Dominus pertulit, & nihil ei e nisi mansuetudinis verba respondit. Portat, quem punire poterat, &c.

Et nostri nobilitastri putent mendacium sibi obiectum pugione vindicandum?

Virg. 1. Æneid. *Necdum etiam causæ irarum, sæuique dolores Exciderunt animo, Manet alta mente repostum Iudicium Paridis, &c.*

Lib. 2. Æneid. *Nec tacui demens, & me fors si qua tulisset, Si patrios vnquam remeassem victor ad Argos Promisi vltorem, & verbis odia aspera moui.*

Lib. 4 Æneid. *Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor.*
Qui face Dardanios ferroque sequare nepotes.
Nunc olim, quocunque dabunt se tempore vires &c.

Melius sancti viri.

Moyses sibi illatam verborum contumeliam à sorore Maria, & fratre Aarone, mox ignoscit, orat pro sororis curatione à lepra.

Idem orat pro pop. maleuolo, à quo propemodum lapidatus est. *Adhuc modicum* (inquit) *& lapidabunt me* pro eodem pop. ait Deo ad vltionem parato Exod. 32. *Dele me de libro quem scripsisti aut dimitte eis hanc noxam.*

1. *Reg.* 11. Saul factus Rex à quibusdam suorum contemptui habitus, nosse dissimulauit. Deinde victis Ammonitis, cum triumphans rediret, milites, qui eam contumeliam armis vlcisci moliebantur, coërcuit.

2. *Reg. 16* Fugiens Dauid Absolonis filii manus, à Semei cognato Saulis, vocatus vir sanguinum, vir Belial, æque tulit, volentes vlcisci compescuit.

Valer. lib. 5. c. 1 Pisistratus Atheniensium vere Tyrannus, à Tharsippo amico inter cœnam, sine fine conuitio laceratus, ita animum & vocem ab ira conhibuit, vt putares satellitē à Tyranno male audire. Abeuntē quoq; veritus ne propter metũ maturius se cõuiuio subtraheret, inuitatione familiari cæpit retinere. Thrasippus cõcitatæ temulentiæ impetu

euectus,

euectus, os eius sputo respersit, nec tamen in vindictam sui accendere potuit. Ille vero, etiam filios suos, violatæ Patris Maiestati subuenire cupientes, retraxit. Postero quoque die, Thrasippo supplicium à se voluntaria morte exigere volente, venit ad eum, dataque fide; in eodem gradu amicitiæ mansurum, ab incœpto reuocauit.

Plutarch. tom 1. Vit. in Pericle. Pericles fuit adeo imperturbati animi, vt, cum quidam effrons nebulo, toto die eum oneraret calumniis infamantibus in foro ipso, patienter tulerit, ne grii quidem respondens, negotium interim graue expediens: Et vespere facto nihil iratus rediens domum, nebulonem illum comitantem & conuiciantem passus, iam iam ingressurus domum præcepit vni seruulorum, vt eum cum face domum reduceret.

Plutarch. tom. 1. Vit. in Lycurgo. Lycurgus excœcatus vno oculo cum esset in seditione, à nebulone quodam, nebulonem illum erudiuit, ac virum bonum reddidit, &c.

Regium bene agere, & pati.

Christianum tolerare inimicos in propria causa.

Matth. 5 *Audistis quia dictum est antiquis &c. Ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, &c.*

Nihil iniurium Deo, tolerandum.

Hic vides Christum irasci, loqui aspere Dæmoni suffurari volenti Deo Patri honores diuinos, blasphemanti, &c.

Sic deinde flagello eiecit vendentes & ementes in templo, aspere loquens, & oculis totoq; vultu iram ostentans.

Deut. 32 Moyses videns populum idolatrantem,

1. Confregit tabulas. 2. Arreptum vitulum combussit, contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam 3. Ex illo puluere dedit potum filiis Israel. 4. Aaronem acriter obiurgauit. 5. Prouocauit bonos ad occisionem fratris, amici, proximi. 6. Laudauit cædem: *Consecrastis manus vestras Domino*, inquit.

Phinees confixit adulterum cum adultera.

3. Reg. Elias gladio necauit Sacerdotes Baal.

Deut. 13. Præcipitur pop. lapidare Prophetam amicum, filium

filium, vxorem eius Prophetæ, qui volet populum à Deo auertere.

Secundum: Minime ferendos blaſphemos.

Deo impropria aſcribentes,aut propria impie derogantes; aut creaturæ propria Dei tribuentes &c. vt hîc Dæmon, non tolerandi.

Budæo. Blaſphemia idem quod execratio,maledictio,vituperatio,conuitium,& quaſi nocens dictum;ſacrilega infamatio,vel obtrectatio nefaria.

Gloſſa quadam ſuper Iſai 28. Omne peccatum,blaſphemiæ comparatum,leuius.

In illud Iſai 18. Ite Angeli ad pop. terribilem; j. blaſphemantem.

Gloſſa in Pſal. 80. Grauius peccant, qui blaſphemant ſedentē in cœlo,quā qui crucifixerunt ambulantem in ſolo.

D. Aug. tract.10. in Ioann. longe poſt initium. *Flagellatus eſt flagellis Iudaorum: flagellatus blaſphemiis falſorum Chriſtianorum.*

Thom. Cantipratanus lib. 2. apum c. 49. Narrat viſum Louanii Ieſum ſpecie hominis dilaniati,ac diſplagati;blaſphemiis & iuramentis duorum adoleſcentum colludentium teſſeris in penu cauponario in nocte ſancta paraſceues.

Blaſphemi, canes ſunt latrantes in Deum & ſanctos: ſpumam venenoſam continuo proiiciendo.

Pœna.

i. *Leuit. 24.* Iubetur blaſphemus lapidari. *Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus obruet eum pop. multitudo.*

2. *Matth. Vlt.* Iudas Machabæus iuſſit amputari linguam Nicanoris,& particulatim auibus dari; quod blaſphemaſſet Dominum: *Act.* 6.7. Lapidatus Stephanus,quod blaſphemus crederetur.

ii. *Lyranus Doctor literalis in Decal.* Quibuſdam in locis huiuſmodi iuramenta tam ſerio vindicantur, vt, quicunque Deum talibus offendunt, aure vel digito, vel etiam quandoque lingua mutilentur.

Henricus 2. Franc. Principio regni ſui iuſſit publicè edici,

ne quis blasphemaret nomen Domini.

* iii. *Philippus Valesius*. Decreuit blasphemum primo catamidiari trium horarum spatio, data omnibus magnis paruulisque licentia, in oculos eius quaslibet sordes iniiciendi.

* iiii. Si autem relaberetur findi iubebat labium superius; si tertio, inferius.

v. *Philippus Rex & Imp. huius nominis* 2. Decernebat talem mergi in fluuium aut Paludem (etiamsi miles esset) citra tamen mortem Et Methis id non ita pridem seruabatur. Hac de re ante mortem decretum reliquit. *Vincent. in sper. hist. lib* 30. *c.*12.

vi *S. Ludouicus* Blasphemorum linguas solebat cauterio inurere ann. 1254. Halian. lib. 11.

vii. *Petrus Primandaius in Acad gal.* dicit frontem blasphemis inustam cauterio â S. Ludouico, imo morte plexos, si aliter nollent sapere.

Nonnullis conquerentibus, idem S. Rex respondit, velle id in se pati, si vel hoc modo posset regno omnes blasphemias proscribere.

Commentator pragmaticæ sanctionis sup. prologum eiusdẽ, Regem Robertum filium Hugonis Capetti, orantem in templo S. Crucis flexis genib. Aurelianis. Crucifixi vox sic alloquuta est: Non est cur pacem regno tuo speres, si non radicitus inde euellis blasphemias.

Gentium decreta in blasphemos.

Daniel. 3. Viso miraculo à *Deo Danielis*, publicæ edixit Nabuchodonosor, vt omnis tribus & lingua, quæcunque esset loquuta blasphemiam contra Deum Israel, periret, & domus eius vastaretur.

Priscis Romanis Lex fuit, vt qui per Deum Ianum iuratus esset morte plecteretur, nisi hoc Senatu permittente, vel Sacerdotibus astantibus fecisset.

Macrob. lib. 2. Satur c 2. Flamini Diali iurare non licebat, & iniurato credebatur.

Promiscua.

Sancitum est à Lateranensi concilio vltimo, teneri quẽque corripere alterum, quem blasphemantem audiret, quãuis emendationem non speraret, & quidem acriter, si sine suo periculo facere posset.

Sum-

Summus Sacerdos scidit vestimenta sua, cæteri reum mortis conclamarunt Christum, arbitrati blasphemum.

4. *Reg.* 18. *& parat.* 31. *Isai* 36. *&* 37. Ezechias intelligens blasphemias, quas Rabsaces missus à Rege Assyriorum loquebatur ad pop. Hierus. spectantem, & audientem e mœnibus, dicens: *Nolite audire Ezechiam, qui vos decepit dicens: Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt Dii gentium terram suam de manu Reges Assyriorum? &c.* Ezechias inquam, ipse auditis his (4. *Reg.* 19.) scidit vestimenta sua, & opertus est sacco.

Non sperabat Ezechias Rapsacis emendationem: nec Christus, Satanæ; nihilominus &c.

D. Aug. lib. 2. ciuit. c. 9. Ex Cic. 4 de Repub. *Nostra duodecim tabulæ cum per paucas res capite sanxissent, in his hanc quoq; sanciendam putauerunt, si quis actitauisset, siue carmen condidisset quod infamiam faceret, flagitiumue alteri.*

Præclare, Iudiciis enim ac magistratuum disceptationibus legitimis propositam vitam, non poetarum ingeniis habere debemus, &c.

Horat. in epist. Ad August.------ *quin etiam lex*
Pœnaq; dicta, malo quæ nollet carmine quenqnam
Describi, verte modum formidine fustis. Porphyrio fustuarium dicit supplicium esse constitutum in autorem carminum infamium.

Apud nos & Pasquilli in Reges, nobiles &c. recte vindicantur. Quanto ergo æquius pasquillos & blasphemias in Deum vindicari?

Superbum esset famæ parcere hominum, non parci famæ Numinis.

D. Aug. lib. 2. ciuit. c. 9. *Quæ igitur supplicia sufficiunt, cum Deo sit ista, tam nefaria, tam insignis iniuria?*

Nec audiendi, qui se dicunt, iurare Deum ligneum, quod mihi à milite responsum, cum carperem.

Q. d. Ex Ouid. in ep. Cydippes ad Acontium. *Non ego iuraui, legi iurantia verba.*

Dolendum huc nos rerum venisse; vt milites iurantes ac blasphemantes. &c. Samsones esse fortissimos; contemptoresque Diuum esse bellicosos Mezentios, quidam opinentur.

Isai. 52. *Dominatores eius inique agunt, dicit Dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur.*

Isai. 1. *Dereliquerunt Dominum, & sanctum Isr ael blasphemauerunt.*

III.

Cur non mox explosus tentator adoriens.

Salubre, ac salutare consilium:

Ouid. 1. remed. *Principiis obsta, sero medicina paratur, Cum mala per longas inualuere moras.*

Inueteratæ arbores difficile extirpantur.

Iacob. *Resistite Diabolo, & fugiet à vobis.*

Diabolus instar est Cisalpinorum & Gallorum, quorum primi insultus ferocissimi, sed repulsi, laxissimi & lentissimi sunt. Liuius enim & Iulius Cæsar obseruarunt, Gallorum prima prælia esse plusquam virorum, postrema minus quam fœminarum, quorum vt ad bella suscipienda alacer ac promptus est animus, sic mollis ac minime resistens, ad calamitates perferendas. Qui bile tantum copiosa concitantur, magno illi quidem animi impetu mouentur, sed fere repentino, ac quasi vento siue fumo mox deficiente.

Illud enim fere huiusmodi homines habent, quod apud Homerum in Agamẽnone Achilles vituperat: canib⁹ similes sunt, in lacessendo quidem procaces, ac petulantes, verum icti mox fugiunt. θρασύδειλον enim vocat * i. audacem, & temerarium, in prouocandis aliis, at parum in dimicando constantem.

Iulius Front. lib. Stratag. Cum Fabius Max. Cos. Rom. Gallos oppugnaturus esset, cognosceretq; eos nihil aliud habere in bello, præter primam conflictationem, quam quidem habent fortissimam, imperauit suis, vt optimos eligerent, quos robustiores esse cognoscerent, ad ferendos primos conflict⁹, qui virilem & inuictum animum ostenderent in principiis; qua astutia victi sunt Galli.

Policratici lib 6. c. 16. Cisalpinorum incolis animi ferarum, corpora plusquam humana erant, sed experimento deprehensum est, quia sicut virtus eorum, primo impetu maior est, quam virorum, ita sequens minor est quam fœminarum:

Alpina

Alpina enim corpora humente cœlo educata, habent aliquid simile niuibus suis. Cum mox incaluerint pugna, statim in sudorem eunt, & leui motu, quasi sole, laxantur.

Et equus currui alligatus, nisi primo impetu trahat pondus suum, vt rursus trahat vix cogi potest: bos tardius animal, non tanto quidem vtitur impetu, sed patientius & diutius currum trahit.

Hostis noster Dæmon fere talis; resiste, frange primum eius impetum, & fugiet à te.

Ephes. 4. *Nolite locum dare Diabolo.*

Serpens quo caput introduxit, facile & reliquum corpus: & dicitur vim totam in capite habere.

Isid lib. 3. de summo bono. *Diabolus serpens est lubricus, cuius si capiti* i. *primæ suggestioni non resistitur, totus in intima cordis, dum non sentitur, illabitur.*

D. Hierony *Foueri non debet serpens & coluber, donec in draconem formetur.*

Hostis noster, instar lupi est.

Lupus autem si quem hominem prior vidit, voce priuat; *Mœrimq; lupi videre priores*, ait Virg. in buc. At si lupum homo prior conspexerit, lupi frangitur audacia, abit, caudamque territus demittit.

Ita si Diabolus te prior viderit, teq; imbellem nec serio resistentem aduerterit, præualet: sin tu eum prior videris, vigilans serio ad repellenda prima eius tentamenta, audacia mox exarmatus, attonitoque similis tentare desistet.

Chrysost. in Matth. *Inprimis grauis & intolerabilis est impetus Diaboli, quem si quis fortiter sustinuerit, in secundo inueniet infirmiorem Quanto enim plus repercussus fuerit, tanto magis refrigescit.*

Corruptor, a muliere casta semel grauiter repulsus, vix iterum audet meditari insidias: Si autem semel ausis eius impudica consentit, in posterum negare nil audet: vel inuita obedit, imo offert sæpe non rogata. Ita anima, si Diabolo &c.

Hierem. 2. *Adamaui alienos, post os ambulabo.*

D. Gregor. *Si tentationi in corde nascenti festiue non resistitur, eadem mora, qua nutritur, armatur.*

Senec. ep. 2. lib. 21. *Imbecillis primo omnis affectus.* Non

 abstine-

obtinebis, ut desinat, si incipere permiseris.

Deinde ipse se concitat & vires, dum procedit, parat: ex-cluditur facilius quam expellitur.

Hosti resistendum in ianuis.

Gen. 3. Ideo Cherubin gladiatus positus ante paradisum, non in ipso paradiso, ad custodiendam viam ligni vitæ.

Exod. Ideo occisa primogenita Ægypti.

Psal. *136. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos* (Dæmonis, & Babylonis nascentes suggestiones) *ad petram.*

Estote prudentes sicut serpentes. Serpentes, & aspides obturant aurem vtramque, vnam terræ adhærendo, alteram, cauda prætegendo mox vt audiunt vocem incantantis.

Psal. *Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non exaudiet voces incantantiũ, & venefici incantantis sapienter.*

¶ *Solutio.* ¶

Nobis necessarium hoc quidem, quoniam debiles natura sumus, nec certi de auxilio gratiæ Dei. At Christus quia Deus, & homo, non repellens prima tentamenta, nulli se periculo exponebat, certus quid posset.

¶ *Cur plures passus tentationes Christus.* ¶

1. Ne, si primo tentatorem repulisset, dicens *Vade Satana* nimium manifestaret diuinitatem suam, quam laruabat humanitate.

Quia decebat toties vinci Diabolum à secundo Adamo, quoties fuerat victor primi, & in iisdem.

3. Vt Christus artem omnia tentationum genera vincendi nos doceret. Omnia autem sub tribus istis comprehendi possunt.

Ioann. *Omne quod in mundo est &c.*

Chrysost. homil *13* in *4.* Matth. *Mihi quidem videtur is qui præcipua capita tentationum enumerauit, omnia dixisse, vt ea quoque omnia pariter intelligas, quæ sub istis quasi principibus continentur.*

4. Vt secundum tres potentias animæ probaretur.

Secundum { *Concupiscibilem inclinantem.* / *Irascibilem eleuantem.* / *Rationalem aberrantem.* }

Heb. *4. Tentatum per omnia, &c.*

Vt vno

5. Vt vno decursu ieiunii Quadragesimalis, & trium tentationum, encyclopædiam virtutum moralium absolueret, ac ostenderet.

Ostendit suam.
- *Fortitudinem, in sufferendis difficilibus, deserto, ieiunio, tentatore &c.*
- *Temperantiam, in vincendis concupiscentiis gustus, etiam cum esuriret.*
- *Prudentiam, in eligendis, in non citacredulitate, &c.*
- *Iustitiam, in reddendis honoribus diuinis soli Deo.*

NOTÆ CONCIONIS XL.

Thema. *Scriptum est enim Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit eum Diabolus: & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.*

Hic fieri potest concio vna, cur ex solo Deuteronomio Christus deprompserit testimonia.

Notat id Hieronymus in Matth.

Rupert. similiter.

Facta repetitione, sic propositum.

Dicendum tandem.
1. *De sensu verborum adorationis & seruitutis.*
2. *De recessu Diaboli victi.*
3. *De triumpho Christi victoris.*

AVE MARIA.

I.

Quis sensus verborum adorationis & seruitutis.

Ex hoc loco, velut ex Capitolio quodam, impugnant Hæretici cultum Sanctorum.

Ecce aiunt: Christus ait, Deum adorandum, illique soli seruiendum: Ergo valeant Sancti & Sanctæ Papistarum.

1. Timoth. *Regi seculorum immortali, inuisibili soli Deo honor & gloria.*

Deut. 6. Locus hic à Christo vsurpatus reperitur, nisi quod illîc pro (*adorabis*) Scriptum est (*timebis*) in editione vulgata. Cæterum qui adorat, reueretur ac timet quem adorat. Præterea quod additum est (*Soli*) μόνῳ hebræus expressit per articulum, quasi dicat *ipsum Dominum timebis. Et illi ipsi seruies* ait Erasm. annot. in 4. Matth. vt intelligamus, talem adorationem, qualem (scilicet summam) exigebat hostis soli Deo debitam.

Respondendum, esse adorationem.

1. *Dulia*, quæ est recognitio alicuius in aliquo virtutis, vel excellentiæ, sanctitatis, sapientiæ, &c. exteriori signo demonstrata. Hæc sanctis mortuis & viuis, Regibus, &c. debita.
2. *Hyperdulia*, quæ debetur virgini Mariæ:
3. *Latria*, quæ soli Deo: Est autem latria aliquod signum forinsecus adhibitum in recognitionem supremi dominii, ex interiori mentis affectu proueniens: Actus eius duo, interior & exterior. Exterior quidam communis sanctis & Deo, vt genu flexio: quidam Deo proprius, vt sacrificium.

Caluinus lib. 1. instit. Christ. c. 12. Lect. 2. adorationem, in duliam & latriam diuidi, deridet.

D. Augustinus approbat lib. 8. ciuit. c. 27. lib. 10. c. 1. & 3. 19. lib. 22. c. 10.

Nicænum quoque concil: 2. probat, vbi Tharrasius Episc. Opt. Constantinop. multiplicem adorationis acceptionem adfert Epist. ad Irenam & Constantinum Imp.

1. Aliquando namque adoratio venerationem importat, sicut victoriosum imperium adoramus.

2. *Reg.* 12. Nathan adorat Dauid. Et qui Regibus literas offert, ex more adorat.

2. Est & adoratio timoris.

Gen.

Gen 33. Sic Iacob adorat Esau obuiantem cum exercitu.
Sic reus nocens, prensat adorans genua Iudicis.
3. Est & gratiarum actionis.
Gen. 23. Abraham pro agro sibi diuendito ab Ephron, adorat.
Sic mendicus accepta eleesymona.
4. Est & præstolantis beneficium à potentiori.
Gen. 47. Iacob Pharaonem adorauit.
Mater Filiorũ Zebedæi adorat Christũ petens aliquid ab eo.
5. Item adoratio exhiberi potest creaturæ, ratione alicuius potestatis, virtutis, aut scientiæ in ea repertæ, teste Paulo de Principe Sacerdotum, Act. 23.
Gen. 18. Abram adorat angelos.
Gen. 19. Eosdem Loth adorat pronus in terram.
Genes. 27. *Adorent te tribus* ait Isaac ad Iacob.
Adoratio ergo duliæ, creaturis etiam impendi potest, & debet.

Antipophora.

Nec gloria Dei sic obscuratur. Nam honor ille, resultat in Deum, propter quem cæteros honoramus, & ad quem habent ordinem aliquem, vel quia à Deo sunt, vt Angeli, Reges &c. vel repræsentant Deum, vt Sacerdotes, Pontifices &c. vel à Deo habent, quod habent, vt sapientes &c. vel Deo aliquo modo coniuncti sunt, vt B. Maria Virgo, & eius parentes: vel Deo hypostatice vniuntur, vt caro & sanguis Christi in altari: vel Deum repræsentant, vt crux Christi, vel imago Dei.
Procedat Rex cum toto comitatu suæ Curiæ: an soli ipsi caput detegam, & non etiam Magnatibus præcedentibus, propter ipsum?

Sensus verborum Christi, quis.

1. Sensus ergo est Christi. Latriam qualem tu Satana petis, impendi oportet soli Deo, vt principio omnium productiuo, & fini vltimo omnium.
D. Aug. lib. 10. ciuit. c. 1. Illi soli seruies scilicet *Seruitute latriæ, quæ soli Deo debetur.*

Verbi λατρεύω quis vsus.

Græcis est λατρεύσεις, quo & deriuatis eius 70. & D. Paulus fere semper vsi sunt, cum de cultu diuino est sermo. Cæterũ λατρευω græcis natura sua idem quod δουλεύω, & λατρεία idem quod δουλεια, vt ostendit Valla in annot. sup. Matth. & patet ex Suida, qui λατρεύω exponit per δουλευω, & λατρείαν ἐπὶ μίσθῳ hoc est seruitutem mercenariam.

Præterea, cum dicitur in Leuitico: *Omne opus seruile non facietis in eo*, græcis est λατρευτον. Verum enimuero quia verba significant ad arbitrium vsus, maxime peritorum. & 70. cum Paulo semper, aut fere semper verbum hoc posuerunt pro cultu diuino, inde natum, vt à Patribus accipiatur, pro sola seruitute, qua colitur Deus, vt notat prolixe Aug. lib. 10. ciuit. c. 1. quamuis ea seruitus græcis magis proprie dicatur θρησκεία, vel, θεοσέβεια.

* 2. Significat soli Deo sacrificia deberi. Vnde Euangelium Hebraicum, quod passim manibus teritur habet: *Illi soli sacrificabis, & sacrificium diuinum offeres.* Hic namque verbum Hebraicum vsurpatur vt 2. parał. 21. vbi distinguitur seruitus Deo debita, contra alia seruitia mortalibus impendenda; *Vt sciant*, inquit, *distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum.*

Adde, quod Priscianus ab ador deriuat verbum adorare; est autem ador frumentum sacrificiis destinatum. In eadem sententia est & Nonius dicens: *Ador frumenti genus, quod epulis & immolationibus sacris pium putabatur: Vnde & adorare, propitiare religiones, potest ductum videri.*

Virgil 1. Æneid *Et quisquam numen Iunonis adoret?*

Et interpres hic adorandi verbo vsus: *Deum tuum adorabis, &c.*

Adorare sacrificare est, & quasi ador exhibere alicui; species pro genere. Adorabis ergo Deum solum, id est illi soli sacrificium facies, nulli sanctorum.

Reces-

II.

Recessus Diaboli, & cur ad tempus.

Apud Matth. 4. c. est: *Tunc reliquit eum Diabolus*:
Apud Lucam vero c. 4. *Recessit ab illo, Vsque ad tempus.*
Notanter, *vsque ad tempus*: Vt notetur Diaboli infracta malitia, qui victus, inuictum agit, & semper noua bella suscitat, & fractas ac dispersas vires recolligit.

Vsque ad quod tempus.

* 1 *Vsque ad tempus.* Illud scilicet, quo prædicationi, & miraculis faciendis, Christus cœpit intendere. Nam tunc tentatus rursus, à Diabolo, per eius membra, Scribas, Pharisæos &c. murmurantes, insidiantes, calumniantes potorem vini &c.

Magna tentatio & regia, *Bene agere, & pati*?

* 2. *Vsque ad tempus*, Passionis, vbi mirabilius tortus, & agitatus.

Monendus hic Christianus, vt semper vigilet, vsque ad mortem, in qua grauius redintegrat prælium, *Habens iram magnam, sciens quia modicum tempus*, & rerum cardo ibi est &c.

Recessit autem sponte, victus, erubescens, & dolis iam exhaustis: *Consummata omni tentatione* ait Lucas, quasi consumpto toto puluere tormentario.

Recessit item Christi imperio. Ad consolationem vero nostram id facit.

Nam hinc videas nobis à Deo dari relaxationes, hostemq; non posse quantum, & quamdiu vult, infestare, sed quantum Christus permittit.

Gregor. Nisenus *Legitime pugnanti agonum reperitur terminus, vel quia aduersarius sua sponte cedat vincenti: vel trino casu deponitur, secundum purgatoria artis decretum.*

1. Cor. 10. *Fidelis Deus qui non &c.*

D. Ambros. in Luc. *Vides ergo ipsum Diabolum, non esse in studio pertinacem: cedere vero solere virtuti. Etsi inuidere non desinat, tamen instare formidat, quia frequentius refugit triumphari.*

Strata-

Stratagema est, hostem quietum relinquere ad tempus, vt insidiis securus postea opprimatur.

Iulius Frontinus lib 3. *Strategematum cap.* 11. Tractat de simulatione regressus, ibique Phormionem Chalcidensium; Agesilaum, Phocensium; Alcibiadem, Yzanticorum, victores hac arte fuisse testatur.

Dux quidam aiebat, non sæpe pugnandum in hostem eundem, ne is bellare, disceret vsu, & bellator factus, victor euaderet.

III.

Christi victoris Triumphus.

Sequitur: *Et ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.*

Putant aliqui Angelos non fuisse præsentes pugnante Christo, ego pie crediderim affuisse, quasi spectatores, huius sacræ Gygantomachiæ, visibiles Christo, inuisibiles Diabolo. Et quod dicitur *accesserunt*: dicitur non quasi finita tentatione primum venerint, sed quod tunc visibiles omnino apparuerunt: vel quod antea procul stantes. circa locum certaminis, tandem visa Christi victoria introgressi, propius conuenerint ad Christum victorem.

j. Inde disce, sic te gerere, vt Angelos spectatores tui non offendas.

Spectaculum facti sumus mundo, Angelis, & hominibus.

2. Vide vt alacriter pugnes, coram talibus spectatoribus.

Tuba equum animat, Auditor studium Oratoris, Spectator frequens Luctatoris mentem accendit. Videns enim ille nobiles Domicellas, &c. Spectantes è mœnibus aut fenestris, virilius agit: maxime autem, si Regem, pro quo pugnat, habet spectatorem.

Psal, *Dominus de cælo prospexit super filios hominum.*

Act. 6. 7. Video Iesum stantem, dicebat Stephanus.

Quasi in articulis pedum constitutus Iesus spectat luctatorem suum. Itaque videns Regem suum Stephanus, alacrius dimicabat. Et nos quoq; spectante Christo, & Angelis &c.

3. Specta præmium dum dimicas, & certo si viceris illud expecta.

Spes

Spes premii & honoris animat dimicantes. Hoc autem subditur, cum dicitur: *Et ministrabant ei.*

Quæ hic ministeria Angelorum.

j. Angeli forte irruerunt applausuri victori Christo, amplexaturi, adoraturi victorem.

1. Reg. 17 *Occidit Saul mille, & Dauid decem millia &c.*

2. Forte ministrârunt ei coronam triumphalem eius capiti imponendo, spargendo rosas, sternendo ramos de arboribus vt cum intraret Hierosolymam: forte substernendo vestimenta, vt Apost.

Olim ei, qui vicerat ipsum hostium Imperatorem, mirus honos.

Plautus in Amphytrione, qua si rem magnam dicit: *Ipsusq; Amphytrio Regem Pterelam sua obtruncauit manu.*

3. Forte fasces laureatos præferendo. Sic olim triumphanti fasces laureati præferebantur, præibat Senatus, & hostes catenati; curruque inaurato sedens Victor quatuor albis equis trahebatur in Capitolium ad templum Iouis, vbi mactabatur taurus albus.

C. Cæsari oppida eburnea prælata: Fabio Max. lignea.

4. Forte Epinicio, & canticum triumphale cantillando.

Exod. 15 *Cantemus Domino, gloriose, &c.*

Luc. 2. Si nascenti cecinerunt, *Gloria in excelsis, &c.* ante victoriam triumphum, propter certitudinem futurorum; cur non modo post victoriam?

Ouabant, lætitiam, canendo, aut vociferando demonstrabant, Ohe, ohe, oo, duplicabant præ gaudio.

Plutarch. in Marcello tom. 1. Vit. Quid differant ouare, & triumphare.

v. Forte trophæum erigendo, in loco victoriæ.

Fuga hostium proprie τροπὴ dicitur Trophæa autem olim fiebant in montibus, ad memoriam rerum hoc modo: Spolia capta in stipitibus defixis in terram, figebantur.

Virgil. lib. 11. Æneid. *Mezenti Ducis exuuias, tibi magne trophæum.*

Bellipotens aptat rorantes sanguine cristas,
Telaq; trunca Viri & bis sex thoraca petitum

Perfos-

Perfossumque locis, clypeumque ex aere sinistrae
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum.

Plutarch. tom. 1. vit. in Marcello. tractat de trophaeis, & spoliis opimis.

* vj. Epulum triumphale indubie, fracto ieiuniis, & tentatione, afferendo.

Hæc aut similia Angeli præstiterunt, *Et ministrabant ei. Vincenti dabo manna, &c.*

SVPPLEX AVTHORIS LIBELLVS ILLVSTRISSIMO *Victori Christo.*

SAcræ ac Victrici tuæ Maiestati supplicamus (ô Christe Iesu Victor gloriosissime) fac nos, qui tua incruenta hæc bella, triplicemque de hoste tanto victoriam maluimus, quam Regum terræ, dicere, cum Angelis, ibi etiam ad gratiam ministrasse. *Cæsaris arma canant alii*, sed nos tua Christe: gratum esto ministerium hoc nostrum quatuluncumque, inuictissimæ tuæ Maiestati. Alio quidem ore canenda fuerant tanti Regis magnalia, sed *Parce Imperator*, quod potui feci. Da mihi, populoque huic certaminum tuorum triumphique spectatori tecum gloriose certare, gloriose vincere, gloriose coronari: Dicere possit quisque nostrum.

2. Timoth. 4. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus &c.*

AMEN.


LAVS CHRISTO IESV, ET EIVS BEATISSIMÆ MATRI VIRGINI MARIÆ.

***

VENERABILI AD-MODVM P. F. PHILIPPO BOSQVIER CONVENTVS ATHENSIS Lectori dignissimo.

GRatificaberis mihi V. P. Lector si conciones, quas ad pop. Audomarensem, sacro Quadragesimali curriculo proxime elapso, habuisti, publicæ vtilitati consecraueris. Quinetiam, cum certo internuncio didicerim iampridem Laconico Latino abs te donatas esse, non grauate permisero, si primum legitimi Censoris calculo communitæ fuerint, in auram liberiorem prodire, & prælo committi. Quod, vt vberiori tuo cum fructu, & spiritus emolumento fiat, ad meritum obedientiæ salutaris, paterne & amanter iubeo, Rigiaci Attrebatium oct. Cal. Aug. 1598.

Fr. HENRICVS VVILLOT PROVINcialis Flandriæ & super eandem Reuerendiss. Patris Generalis Commissarius.


VITTORIO
EMANUELE


BIBLIOTECA